Ie ne fay rien
sans
Gayeté
*(Montaigne, Des livres)*

Ex Libris
José Mindlin

(2766/5)

"Sinus Arabicus" issue of map

# Itinerariũ Portugallẽſiũ e Luſitania in Indiã ⁊ inde in occidentem ⁊ demum ad aquilonem.



Preſbyteri Franciſci Tantii Cornigeri Epigramma Ad Iafredum Carolum. Delphinatus Præſidem & Mediolani Senatus Vicecācellariū. De Itinerario Portugallenſium. Ab Archāgelo Careualenſi Latinitate donato.

Ecce tuo auſpicio factus liber iſte latinus
  Prodit: ut hunc omnis lingua latina legat
Auſpicio Iafrede tuo mirabitur omnis
  Per noſtrum hūc orbem: quod nouus orbis eat.
Hactenus ignotas gentes: ignota locorum
  Nomina: das noſtris conſpicienda oculis.
Inſulæ in oceano uariæ: quas torrida ſemper
  Zona premit: quarum mentio nulla prius:
Diuerſos populos: linguas: moreſq; uirorum:
  Vltra q̄ quiſq; credere poſſit: habent.
Sed tu: quo pauci melius penetralia mundi
  Norunt: quo terræ nemo mariſue ſitum:
Hoc fieri non poſſe negas: Dubitabile tanto
  Aſſertore operis credimus eſſe nihil.

Magnifico Domino Iafredo karoli .I.V.coſulto Delphinatus præſidi: ac Mediolāi uicecācellario:uiro eruditiſſimo:Archangelus Madrignanus Careualenſis:ordinis ciſtercienſis.S.D.P.

NEmini Iāpridē Iafrede præſes clariſſimæ: in corōa docto℞ uiro℞ crebro audiuī ab eruditiorib⁹:eū te eē de quo nr̄æ ætatis muſæ plurimū ſibi polliceri poſſent : utpote qui unus totus ſis littera℞ addictus honori & emolumento:nam ut reliqua ſciens prætercam:quæ ſunt abs te præclare geſta:ne ſurgat epiſtola in illiada magnā:de coſmographia tantū ſermo fiet:cuius cum fueris tu illuſtrator : non iniuria quicquid luminis & decoris ab annis uiginti ſuſcepit:id totum tibi refert acceptum:Quandoquidem eam ab ſitu & ſqualore ſubleuaſti:prius enim iacebat:ſtertebat:ac ſi lethargo laborauiſſet:excitari nequibat:tu unus acceſſiſti miſeratus iacturam tam conducētis doctrinæ:manum porrigens:excitauiſti nedum:ſed & excitatam condecorauiſti decentiſſime:quid plura?uel ab ipſis gadibus uiros eruditos & peritos nautas accerſiuiſti nulli impendio parcens:modo coſmographiæ cōducibile arbitrarere:& ubi intellexiſti doctrinam huiuſmodi de ſideribus ueluti de magnete ferrum pendere:abſolutiſſimos ſiderum conſiliarios adhibuiſti:ut nihil abs te deſiderari poſſet:quod ad ornatum & cultum coſmographiæ pertineret:& quoniam de ſideribus habita ē mētio:non abſonum eſſe crediderim ſi tui marci antonii cadamuſti laudenſis patritii ſiderum interpretis nihil nō meminerim:hūc enim uirū abſolutiſſimum ab ſolo patrio euocauiſti : in tuorum contubernalium numero adnumeraſti & fortunis nonnullis honeſtauiſti ac inſigniuiſti non mediocriter:tum ob doctrinam(quia doctiſſimus doctis ſemp ſubſcribis & faues)tum uel maxime ob probitatem & integritatem : quoniam ita doctos amas:quam qui maxime:ſi tamen doctrinam probis ac compoſitis moribus condiuerint:Illud ſapientiſſimi ſalomonis identidem dictitans in hominem malignum ſcientia non introibit:is igitur Marcus Antonius ſyderum ſitu nulli prope ſecund⁹:tuo iuſſu complusculos erudiuit:reddiditq; ex indoctis doctiſſimos : & tuo nomini æque ac ſuo peperit æternitatem : & cum nihil reliqui tibi feciſſes ad abſolutiſſimam coſmographiæ cognitionem:& tibi nota eſſent omnia ad ſimetriā:q̄ de ſitu orbis ſūt exarata:nā pliniū:ſtrabonē:mellā pōponiū:ſolinum:ac Herodotū:& ſi q ſunt alii.legiſti nō ſolū:ſed & plegiſti

Iafredus karoli illuſtrator Coſmographiæ

Marcus. An.cadamuſtus īterpres ſyderum

Salomonis ſcitum

rurſus & iterũ: cenſuiſti tamen aliquid adhuc ſupereſſe : quod mortales de cognitu orbis deſiderarent : eam uidelicet orbis partẽ quã ptolomæus ingenue faſſus eſt neſcire: & ideo incognitã nuncupauit: hæc igitur noſtro æuo ab luſitanis eſt peragrata nõ indiligenter & ſcriptis demandata pulcherrime: uerum ſermõe illitterato: qui ſuapte natura hiſtoriæ ſplendorem eluminat: apud te preſertim q romano ſermoni a puero aſſueuiſti: tu itaq; ut abs te deſideraretᷣ nihil: qđ ad cultũ & ſchema coſmographiæ ſpectaret: hunc libellũ: quẽ appellarunt portugalleſium itierariũ. iurᷣ latii abs me donari uoluiſti: quippe qui ſciebas ex Quintiliano: cicerone: gelio: & Tranquilo: ac pliniis duobus: hũc morẽ loquẽdi: quẽ ĩfantes cũ lacte ſugunt eũ eſſe aduentitiũ nec naturalem: alii uernaculã liguã: alii uulgarẽ: illitteratũ alii ſermonẽ appellãt: quocunq; nomine cenſeatur ab barbaris certe hunc loquẽdi morẽ mutuati ſum⁹: q̃ autẽ priſci romani ab uberibus nõ aliter quã latinæ locuti fuerint: argumento ſunt tot comœdiæ totq; tragœdiæ in promiſcuũ populo ſpectãte acte: & illud Quintiliãi: In primis inqt id eſt obſeruãdũ: ne uitioſus ſit ſermo nutricibus: quod eximie obſeruatũ eſt ab cornelia gracchorũ parente: ne aſſueſcerent pueri ſermoni: qui dediſcendus foret aliquãdo: quod uero & mulierculæ & pueri his comœdiis & tragediis interfuerint: ut ſunt plauti: & Terentii: & aliis in ſcæna geſtis quãplurimis: adſtipulatur Ciceronis auctoritas: ſi inqt uerſus quiſpiã una ſyllaba longiore aut breuiore profertur mox exibilatur & explodiᷣ: tu igitur qui hæc omnia iampridem adamuſim noſti: nõ paſſus es diutius hunc libellum illitterato ſermone loqui ſed romão: ut etiam ab alienigẽis (qui uernaculam noſtram linguam neſciunt) intelligeretur : ea eſt enim romani ſermonis maieſtas: ut quoſcunq; etiam: cuiuſuis ſint idiomatis conciliet: nec abre latina lingua dicta eſt media utpote: quæ miro modo inter nos & barbaros mediet & magna cõmercia conflet: Iui igitur ad te uenerabundus: candidiſſime iafrede: ut tua iuſſa capeſſerem: uocatores habui uiros te profecto dignos & quidẽ clariſſimos: eoſdemq; ſenatores: primus igitur Franciſcus cognomento tauellus: natione gallus. patria matiſconenſis: gente nõ obſcura uirq; aprime eruditus ac uitæ integerrimus: cui multus es in ore: (nam cum uirũ clarum nominat ſub nomine Iafredi definit) is me hortatus eſt impenſe ut te uirum candidiſſimum adirem: obiturus quicquid mandauiſſes: accedebant alterius Franciſci cognomẽto baltii hortamẽta: q cũ ſit uir acerrimi ĩgenii

Pars orbis ptolomeo incomperta

Romani latine ab uberibus loquebãtur

Romani ſermonis maieſtas

Latia lĩgua media dicta eſt

Frãciſcus tauellus matiſconenſis ſenator mediolanenſis:

Frãciſc⁹ baltius ſenator mediolanenſis

& doctrinæ multiplicis:ac probitatis non uulgaris:iter tuos merito ad numeratus eſt: ac fortunis compluribus honeſtatus .nec defuit Io. Mayna uir probiſſimus ideq̃ doctiſſimus:i quem tot arcana regia emo riunt:ut tibi præſto eſſem identidem mihi perſuadēs:hi omnes deſide rio tum excolendæ coſmographiæ:tum uel maxime obſequēdi tibi:id præcipue curabant:ne diutius res protraheret.te ergo domi conſaluta ui de muſis (quæ tua eſt natura) loquentem:excepiſti me honorifice ul tra q̄ par fuerat abs te præſertim uiro tantæ auctoritatis & doctrinæ: duxiſti me in tuum muſæum:ut arcana illa coſmographiæ aperires & mi hi: Eo tecum in cubiculum muſis oīb⁹ exornatum. Nam hæ ſunt tibi ꝓ auleis:& ſtragulis proq̃ uaſis corinthiis ac cælatis:ptolomeū ꝓtuliſti: ꝓ ſtatuis uniuerſum orbē i membrāis elegātiſſime depictū:oſtendiſti: tūc me iā iam geſtientem abs te haurire doctrinæ nōnihil collocauiſti ante ipſum uniuerſum:iuſſiſtiq̃ ut orientem contuerer:quo facto:pſua de tibi inqs te eē i occidēte & haberē a dextra meridiē & a leua ſeptētrio nem:& arrepta uirgula q̄ ſceptrū referebat:ſic orſus es affabiliſſime:ſin gulas orbis ptes uirga denotās:hic eſt inqs oceanus:cui a celeritate ac pnicitate eximia nomen inditū eſt:huic terra:inſtar inſulæ innatat:am bit ppea orbē uniuerſū:hic ocean⁹ dr̄ mare atlāticū ab atlāte maiorē mō te:q dorſo fere cōtinuo mauritaniā metit donec oceanū attingat:cui⁹ uertex ſemp eſt niualis:q̃q̃ nemorib⁹ inhorreſcit rupibuſq̃ aſperat: & arida ſqualet humo:ieiunaq̃ nec herbida:& uirga nōnihil ꝓducta oſtē diſti quaſdā āguſtias īgrediētis freti.hæ ſūt ais herculis columnæ:dictæ gades:hic calpe & abila mōtes olim cōiūcti:nūc aquaꝝ feruore ſeiūcti: is locus uarie denominat:alii gaditanū fretū:alii herculeū: alii alio mō appellāt:at greci porthmon dicūt: hic mare terras ſubintrat abigitq̃ lit tora cedētia:quo cū eſt acceptum deuoratis: ūdeq̃q̃ terris ī immēſā ua ſtitatē ꝓtēdit.Scitoq̃ cū ē īgreſſū a dextra aphricā:a leua europā:a frō te uero aſiā habere.hoc igit mare undabundum gradu citatiſſimo ad he leſpōtum cōtendit:& ibi nōnihil cum terris occurrētib⁹ reluctat:qb⁹ ſupatis rurſus ſe expandit i ꝓpōtidem:inde ad boſphoꝝ ꝓficiſcit thra cium de hīc ad pōtum euxinum:demū ad boſphoꝝ cimeriū:donec palu di coniūgat q meotis dr̄:& lingua ſciticha temerīda:ppea a multis dr̄ mr̄ maris:ab eis pſerti q adfirmāt noſtrū mare inde ortū habere: & demū p fretū gaditanū effluer ī oceanū. Viderit tamē eruditiores:quōiā de hac re alii alia ſenſere: & īprimis ptolomeus arbitrat mare noſtrū effluere i

Io. Mayna ī A. ſecretis uir

Ocean⁹ unde

Deſcriptio orbis

Atlas mons

Herculis columnæ ſiue gades

Anguſtias ītroitumq̃ uenientis Maris: nos fretum greci uero porthmon appellant

Palus meotis lingua ſcytharum temerinda dr̄ ut plinio placet li. vi.

oceanū p fretum herculeū ſenſere: nihil minus quantum colligere qui
ex lectione multorū alteri ſententiæ adſtipulari plures cēſeo:in eā tanais
exonerat fluuius citatiſſimus:& rurſus rediiſti ad mare atlanticū paucis
recenſens quæ dixeras:hunc ordinē ſeruans:uidelicet mare atlanticum:
fretū gaditanum:mare nrūm:heleſpōt⁹:ꝓpōtis:trhaci⁹ boſphorus : pō
tus euxinus:boſphorus Cimerius:pal⁹ meotis:tanais:& iteꝝ uirgā ſub
ducens ad fretum herculeum regreſſus es: & ibi nihil non immoratus
aphricam(ut bono omine a dextra auſpicareris) deſcribebas : hic ais
ē ꝓmōtoriū āpeluſia:qđ extimū plinius appellat: ī mare atlanticū pro
minēs:hic tīge oppidū a quo tingitāica regio:hic Antei regia:& nō lō
ge ab ea epta delphi mōtes:Aphrica q̄dripartit̄ ī mauritaniā:numidiā:
Aphricā minorē:& cirenaicā regionē:ab ea:cathabatmos uallis deuexa
quæ eſt ī libya:poſt libyam ægipt⁹ utraq;:iuſſiſtiq;:ut aīo attentiore ob
ſeruarē quæ de ægipto referres : & illico ſubdēs ais ī deſcriptiōe orbis:
alii diſterminānt ab Aſia Africā nilo:q̄ frequētior ē auctoꝝ ſnīa:uerum
un⁹ ptolomæus ne ſcinderet ægiptum:ponēdo duas ægiptos: mare eri
threū ꝓ termīo pōit īter Aſiā:& Aphricā:tu uero ſequere quēcunq; li
bet quoniā nihil ad Coſmographiā:mō utrunq; ſcias:ubi uero ad nilum
deueniſti plura diſeruiſti de fluminis mira natura:cauſas īcrementi refe
rēs:& ſubridens illud herodoti in mediū adduxiſti:uidelicet de nili or
tu nemo hēt qđ referat :adeo diſceptāt auctores: illud tamen addidiſti
eximiū flumē eē qppe qđ(ut aſſeuerabas)uicē madidi cæli ſupplet ir
riguū admodū ſtatis anni tpibus:oſtēdiſti ipſum ī mare libycū exonera
re oſtiis nouē:& ibi ab cāopicum ſitā ab Alexādro macedōe urbē præ
clarā:adieciſtiq; ei⁹ nominis ī toto orbe plures eē urbes:ī ægipto unā:
in ſyria apud Iſſicum ſinum aliā:ī ſcythia aliā ſupra tanaī:ubi aræ Ale
xādri:unā ī Carmania:duas ī ſogdiana ꝓuicia: aliā ī ægeo pelago phri
giæ minoris:in arachoſia aliā :ſequēs itaq; littora ad ſirbonē lacū deue
niſti ubi ſyria auſpicat̄:& ibi iudea paleſtina chriſtiāi nominis ꝑclara :
ubi hieroſolime:ubi iordāis fluuius:q lacus tres efficit genaſaret: uideli
cet & tiberiadis:aſpaltitēq; ī quo fluitāt oīa:qq; nihil gignit præter bi
tumē:ubi ierico balſami ferax:ubi enſenii gēs addicta pudiciciæ:quæue
p immenſum ſæculoꝝ ſpacium ceſſantibus puerperiis pennat:& rurſus
ad littus:azotum peregrinoꝝ portum:& mox iope oppidum antiquiſſi
mum :ante inundationem terrarum conditum:& paulopoſt apoloniā
ſyriæ cæſaream ſtratonis:ptolomaidem:tyrum:& ſidonem:in phenicia

Ampeluſia ꝓmontoriū uitib⁹ cōſitū
Aphrica q̄dripartitur
Duæ egipti
Cur ptolomeus mari erithreo diuidit aſiam ab aphrica
Herodotus de nili ortu nemo habet quod referat
Alexandriæ multæ ab alexandro magno condite
Syria
Iudea paleſtina:
Iordāis flu.
Enſenii pudicicie addicti
Iope oppidum

ac tripolim oſtendiſti: donec deueniſti ad antiochiam de qua latius lo quens dixiſti patriarchalem adhuc ſedem eſſe & oli romanoꝝ præſidũ ſyrie regiam: aperuiſti ẽt ibi eẽ ſinum iſſicum: in quem effluit iſſus fluuius: ubi darius ab Alexãdro macedone magna hominum ſtrage fuſus eſt: propterea in memoriam tantæ cladis illatæ ab Alexandro urbs ibi condita eſt de nomine uictoris: moxq́ brachium tauri in illo ſyrie flexu in mare excurrẽs terraſq́ diuidens uirgula demonſtrauiſti: dixiſtiq́ amanum mõtẽ uocari & ciliciam ab ſyria diſterminare: poſt id brachiũ: cilicia: pamphilia: licia: caria: ionia: eolis: & troas: & phriges uſq́ ad heleſpõtum minorẽ aſiam occupant. nec prius ultra progreſſus es: q̃ de tauro mentionem feceris honorificam: dixiſti enim ſurgere in extremis indie & uaſte attolli: iugoq́ perpetuo totam aſiam metiri: donec noſtra maria contingat: huncq́ plura brachia (ueluti ramos) emittere & fere mediã aſiam diſterminare: mõq́ Imaum: modo caucaſũ: aliquando paropaniſum appellari: taurus tamen uſq́quaq́: is eſt auctore plinio innumeraꝝ gentium arbiter: qui ubi exit ĩ pelag⁹ terras dirimit: & rurſus deſcripto tauro monte rediiſti ad heleſpontum: oram ponticam in aſia deſcribens & ordine quidem miro: nam aiebas poſt heleſpontum: bitiniam & ibi cherſoneſus propontidis nõ incelebris: ubi olim fuit urbs cyzicus aſiæ nobiliſſima mœnibus arce & turribus marmoreis quaſi roma altera: cui⁹ meminit Ouidius libro primo de triſtibus his uerbis.

Antiochia ſirie ad ſinũ iſſicum
Iſſus flu. ubi dari⁹ caſtris exutus eſt
Aman⁹ mõs
De tauro monte
Imaus.
Caucaſus
Paropaniſus
Cherſoneſ⁹
Cizic⁹ urbs

Huncq́ propontiacis herentem cyzicon oris:
Cyzicon emoniæ nobile gentis opus:

Pluraq́ de eius celebritate ex. xxxvi. Plinii deprompſiſti: ut ſunt illa de delubro: deq́ lapide fugitiuo: ac de ſeptẽ turribus: quas greci eptaphonas appellant: ob id qđ numeroſiore repercuſſu acceptas uoces reddũt: unde echo dicta eſt: eam alii aeris filiam dicunt: deinde mariamdenos uſq́ ad carambicum promontorium (quod petunt Ciconiæ pontum traiecturæ) deinde paphlagloniam: calibes populos campos temiſereos: fluuium termoodunta: & trapezunta portum celebrem oræ ponticæ: ubi Rex turcharum claſſem fabricatur eximiam: & tandem uſq́ colchida deueniſti: ubi phaſis inſignis fluuius: ubi olim uellus aureum ab ſerpente peruigili accuratiſſime cuſtoditum: Deſcripta igitur ora littorali in aſia maris noſtri: iterum ad fretum gaditanum reuertiſti: diſerens facundiſſime hiſpaniã tripartitã fore: aliam beticã: quæ confinis eſt gadibus: luſitaniam aliam: quæ Ana fluuio diſterminatur

Eptaphões
Echo aeris filia
Mariamdeni
Carãbicum ꝓmontoriũ
Termoodõ flu.
Colchis
Phaſis flu.
Hiſpãia tripartita

a betica : reliquam uero tarraconenſem:quæ ad pyreneos montes ter
minat hiſpaniã:percurrenſqꝫ galliam narbonenſem:uſqꝫ ad rodani ho-
ſtia deueniſti:& inde ad uaꝝ italiæ terminũ:& tãdẽ genuã igurũ præci
puã urbẽ(nouiſſime frenatam ab rege galliarũ)demonſtrauiſti:& eius
maris littora legens:piſas:& poſtremo romam(olim rerum dominã)de
inde Neapoli:& rhegiũ brutioꝝ adnotauiſti:& rurſus a Venetiis orſus
ſinus adriatici littora curſim ꝑcurriſti:nam poſt tergeſtum liburniam &
illiricum collocauiſti:& poſt eas prouincias dalmatiam :& in ea magnã
apolloniã e regione hidrunti uſqꝫ ad acro ceraunios montes :& ſtati epi
rum:& ambraciæ ſinum:& ibi nicopolim:& actiũ(monimẽtũ antonia
ne cladis)poſt acarnaniã:etholiãqꝫ deſcripſiſti uſqꝫ naupactum:& ibi ſi
nus corinthiacus:rion dictus.donec iſthmon attingas.poſt iſthmon pe
loponeſon deſignauiſti achaiam laconicam:meſeniam:helida :uſqꝫ pata
ram:introrſus uero fere in umbilico peloponeſi archadiam:unde deriua
tur alpheus miræ naturæ fluuius elidam ciuitatem præterfluens : & iu
xta piſam decurrens demergit᷑ tandem:& ſubter mare defluens: ex pelo
poneſo in fonte aretuſa : Siciliæ .i. ſiracuſis ſe attolit: & deinde fluit in
mare ſiculum ut eſt apud maronem eneidos tertio.

Alpheum fama eſt huc helidis amnem.
Ocultas egiſſe uias ſubtermare:qui nunc.
Ore aretuſa tuo:ſiculis confunditur undis:

Nec preteruiſti archadiam:priuſq̃ dixeris in ea eſſe lerneam paludẽ:ubi
hercules hidram mactauit:relicto peloponeſo migrauiſti in helada :ubi
megara:& athenæ clariſſimæ:ubi aulis grecorum cõiurantium in troia
nos ſtatio:ubi termopilarũ anguſtiæ : ubi thebæ inſignes : ubi beotia :
monuiſtiqꝫ ne cũ imperitis unq̃ boetiam ꝓferrem ſed beotiam:dixiſtiqꝫ
eã a uocibus denominatã fuiſſe:quoniã eo fere mortales omnes cõtende
bant ut oracula adirent ac ea cõſulerẽt:addidiſti etiam hellada ab home
ro dici acheam:dixiſti non longe eſſe claros montes pelion:olimpum:&
oſſam:ad ſinũ pelaſgicum:trãſcurrẽs theſaliã:ubi pelaſgi & macedoniã
uſqꝫ ad neſtum fluuium perueniſti:qui thraciam a macedonia diſtermi
nat:rurſus per thraciam bizantium deueniſti:nunc conſtantinopolis: &
turcæ ſeruit nolens:nec prius ultra ꝓgreſſus es:q̃ nõ nihil de heleſpon
to mentionem feceris:dixiſti inibi iniectas fuiſſe cõpedes neptuno : ab
Xerxe:ſtrato mari nauibus:cui adeo inumerꝰ fuit exercitus ut ipſũ qa
nũero nõ poterat:ſpatio mẽſiũ ferant:& de boſphoris ãbobus adduxiſti

Genua
Rom
Neapolis
Dalmatia
Acro cerau
nii montes
Epirus
Rion nomẽ
maris
Iſtmos iter
ægeũ & io-
niũ equora
Alpheꝰ flu.
mire nature
Virgiliꝰ ter
tio eneidos
Termopilæ
Beotia un-
de
Neſtus flu.
Bizantium
Heleſpõtus
Hic xerxes
neptuno cõ
pedes inie-
cit

in medium aliquid: eoſq; denominari a traiectu bouum aiebas: Quoniã adeo ibi arctatur mare: ut uel bobus ſit meabilis tranſitus: & altrinſecus exaudiri latratus canũ & auiũ cantus: & inter duos orbes cõmertia humanæ uocis manere: niſi id ipſum auferant uenti: pliniũ tuum (qui tibi multus eſt in ore) teſtem: immo auctorẽ adducebas: & oram ponticã legens ad hemũ montem deueniſti ubi meſembria. Regia heredis turcarum: & inde ad iſtrum famigeratum flu. qui & danubius dicitur quiq; oritur in retis montibus: ac retiam: uindeliciam: noricũ: panoniã utrãq;: datiam: & miſiam fere utramq; præterfluuit: & tandem oſtiis quinq; in pontum exonerat euxinũ: Iſtro itaq; relicto ad thauricã cherſoneſum migrauiſti: & ibi ſinus eſt dromos achileos dictus: in quem boryſtenes fluuius ſcythie limpidiſſimus & climatũ fere ultimus emoritur: relicto cimerio boſphoro per paludem meothicam uſq; tanaim excurrens: peruenìſti ad alexandrum: & cæſaris aras (ſuorũ nominũ monimenta nunq̃ intermonitura) & ibi declarauiſti mihi duas eẽ ſarmatias: in europa alteram: & alteram in aſia. & rurſus ad oceanum athlanticum celerrime rediens inſulas noſtri maris inſigniores deſcribebas: balearicas primo maioricam & minoricã contra hiſpanias: inde ad corſicã & ſardiniam appulìſti: ſiciliam uero adeo laudibus extuliſti: ut diceres horreum Ro. quãdoq; fuiſſe & italiæ adiunctam aliquando: uerũ interuentu freti auulſam: de ſcopulis quoq; ſcylla & carybdi ex tuo marõe hæc referebas carmia.

Aſt ubi digreſſum ſicule te admouerit oræ:
Ventus: & anguſti rareſcent clauſtra pelori.
Læua tibi tellus: & longo leua petantur.
Aequora circuitu: dextrum fuge littus & undas.
Hæc loca ui quondam & uaſta conuulſa ruina
Tantum eui longinqua ualet mutare uetuſtas.
Diſſiluiſſe ferunt: cum protinus utraq; tellus
Vna foret: uenit medio ui pontus & undis
Heſperium ſiculo latus abſcidit: aruaq; & urbes
Littore diductas. anguſto interluit eſtu.
Dextrum ſcylla latus: leuum implicata carybdis
Obſidet: atq; imo baratri ter gurgite uaſtos
Sorbet in abruptum fluctus. rurſuſq; ſub auras
Erigit alternos: & ſidera uerberat unda.
At ſcyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris.

Beſphori a bouũ traiectu
inter duos orbes humane uocis cõmertia
Hem' mõs
iſter ſiue danubius
Taurica cherſoneſus
Boriſtenes flu.
Alexãdri & cæſaris aræ
Sarmatiæ due
Balearicæ ĩſulæ
Corſica
Sardinia
Sicilia

ora exertantem & naues in ſaxa trahentem :& reliqua que ſequũtur ut breuitati conſuleres:nec prius trinacria abiuiſti q̃ de Etna flagrãte nihil non dixeris:& rurſus ab tuo marone Ex tertio Aeneidos mutuabaris carmina.

Portus ab acceſſu uentorum ĩmotus & ingens.
Ipſe ſed horrificis iuxta ſonat Etna ruinis
Interdumq; atram prorumpit ad ætera nubem
Turbine fumantem piceo:& candente fauilla
Attollitq; globos flammarum & ſidera lambit
Interdum ſcopulos auulſaq; uiſcera montis
Erigit eructans:liquefactaq; ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat:fundoq; exeſtuat imo

Diſeruiſti etiam ĩcẽdii cauſas id efficere:uidelicet terras deſudantes ſulphur:ut ueſeuꝰ in campania:dicebaſq; in etna concauas eſſe terras ſulphure plenas concitariq; ex ſpeluncis uentũ:& ex uento ignem:& cum

De etna

ſulphur ſit ſummope ignis appetens : maxime flante uento conflagrat etna:arte & natura adiuuantibus:inde ad cretam(quæ candia dicitur ſiue candax) ſeptrum dirigens te continere nõ poteras quin effuſus in

De cræta

eius præconia plura referres q̃ anguſtia temporis pateret̃ cum pſertim per id tẽpus doctorũ uiroꝝ turba te præſtolaret̃:ut(que tua eſt humana natura)tecũ pranderet tu tamen curſim de inſula Crete plura dixiſti referens quæ maria allatrent multiiuga:ut mirthoũ egeũ:ioniũ : & carpatium:dixiſti eam producere maluaticum uinũ:ſacharon:& alia præclara:necnon noctuarum impartientem:& altricẽ iouis:ad uirgiliũ tuũ rurſus ibas:hæc de creta carmina proferens conciniſſime.

Creta iouis magni medio iacet inſula ponto
Mons ideus ubi & gentis cunabula noſtræ
Centum urbes habitant magnas:uberrima regna
Maximus unde pater:ſi rite audita recordor:

De egeo mari

Egeũ unde

Ciprꝰ inſula

Erythreum mare

De mari ægeo quoq; cõplura retuliſti ſinũ præſtantiſſimũ fore diciq; ægeum ob id ꝙ inter tenedum & chiũ(ianuenſiũ ꝓfugiũ)iſulas:ſaxũ ſit effigiem capræ referens:quam græci ægona appellant:ægeum ergo dicit̃ a forma capræ:inde rhodum deueniſti:qui carpatio mari innatat: ab rhodo ciprum præclaram inſulam excurrẽs:dixiſti ibi fore cithereã urbem:quam ferunt uenerem tuliſſe:de hinc ueluti uectus equo pernici ĩ arabiã deueniẽs mare erithreũ demõſtrabas:ĩ eoq; multa miratu nõ

indigna & ĩprimis piſiculum quendã referebas:quã adfirmãt uiriũ eſſe tãtarũ:ut etiam naues onerarias ſiſtat in mari:ruant uẽti licet:& ſæuiãt ꝓcellæ:tamen undabundi maris compeſcit uires:& id efficit ꝙ anchoræ in reuocabili pondere iacte aſſequi non poſſunt aliquãdo:menſuræ eſt bipedalis hecneida græci appellant:nos uero remoram : nec prius deſiiſti loqui de ſinu arabico q̃ dixeris nõ lõge:ab eo hoc eſt inter ſinũ pſicũ & arabicũ eẽ mechã:ubi maumethis arca uiſitur introrſus itinere dieꝝ trium:deueniſti tandem ad ſinũ pſicum:& ibi paululũ immoratꝰ iuſiſti ut attentius tuum ſermonẽ obſeruarẽ:ingens illic eſſe totiꝰ orbis umbilicum:& ut maiorẽ adhiberẽ tuis uerbis fidẽ:ꝓtinus duxiſti ab fortunatis inſulis lineã parallellam per ſienẽ uſqꝫ ad extrema idiæ.rurſum alterã lineam ab aquilone in auſtrum ducẽs re ipſa demonſtrauiſti ubi dictæ lineæ coincidiſſent feciſſentqꝫ angulos rectos & æquales ibi ꝓcul dubio umbilicũ fore uniuerſi:hoc declarato de urbe quoqꝫ calichut quæ non lõge eſt a ſinu pſico plura cõmemorãs:dixiſti ibi delitias ꝓpe humani generis fore:& quicqd ẽ quo uita carere nõ poſſit humanior : nuſq̃ eẽ præſtantius:& i primis aromata omne genus:margaritas etiam & lapillos præcioſos ꝓpe innumeros:Elephantoſqꝫ turritos:quibus bini uel terni uiri inſidentes bella cõficiunt accerrima:& cognitũ inibi noſtrũ chriſtũ quãuis nõ ad regulã adſeuerabas.aliaqꝫ cõplura miratu digniſſima:adieciſtiqꝫ ad hæc preſbiterũ ioannẽ eẽ citra ſinũ arabicũ in aphrica ethyopiæ inferioris:& ipſum habere cõterminos nigritas dicionis guineæ regni:quos ſubegit olim rex luſitaniæ:alibi uero regnũ melide:alibi autẽ ſoldani regna nilo adiacentia:poſtremo uerſus nr̃as barbarias reliq̃ aphricæ:hæc oĩa ex itinerariis portugallẽſiũ ſedulo ac cõpoſite depromebas:addens ſub memorato preſbitero Ioãne fore regna q̃ſi innumera:& chriſtum ibi coli nõ indiligẽter.demũ ad taprobanã deueniſti iſulã:quã ex plinio & reliquis coſmographis appellatione antictonum fere alteꝝ orbẽ eẽ dicebas:ibiqꝫ pleraqꝫ memoratu digna:ut ſunt aurifera flumina:& gemiferi amnes & in mõtibus aurifodine & dicebas ſeptẽtrionẽ nõ uideri:eiuſqꝫ loco aues ſuccedere:& alia cõplura q̃ ſciẽs prætereo ne i uolumẽ aliqđ magnum exeat epiſtola:& iteꝝ rediẽs uñ digreſſus fueras iberniã & albionẽ iſulas demõſtrauiſti: adfrimabaſqꝫ britaniã eſſe iter ſeptẽtrionẽ & occidẽtẽ:q̃ facit ne ora gallici littoris orbẽ terminet:ut iqt ſolinus finis erat orbis:ora gallici littoris: niſi britania iſula nomẽ pene orbis alteriꝰ mereret̃:unde uirgiliꝰ.Et pẽitꝰ toto diuiſos

De piſce hecneide ſiue remora

Mecha

Perſicꝰ ſinꝰ

De urbe calichut

De regno præſbiteri Io.

Taprobana inſula ſamotra ab icolis dicta

Ibernia

Albion ſiue britania

Solinus

Virgilius

Hircanum æquor — orbe britãnos:hæc ẽt dicta ẽ albion iſula a qbuſdã albis mõtibus : qui
euntibus ad eam primo appent:deĩde a britone rege britania dicta:pau
Gãges — loq; ultra ꝓgreſſus hircanũ mare clandeſtinos retuliſti hẽre ortus :ue
Indus — rum hãc rem nõdũ nobis ſatis colliqueſcere:& ni obſtitiſſet uerecũdia
Euphrates — docti cet⁹ q tecũ de mor̃ prãſurus erat:demõſtraturus eras & gãgẽ & ĩ
Tigris — dum:& euphratẽ & tigrĩ flumina cantatiſſima:& ĩ italia eridanũ aprie
ſamigeratũ:nec pri⁹ tamẽ parocho(is eſt cõuiuii magiſter) pateſeciſti
ianuã:quã de italia nonnulla præclara carmina mutuatus es:miraq; con
cinitate ea decantans his uerbis.

Italiæ laudes —
Sed neq; medorum ſiluæ ditiſſima tellus
Nec pulcher ganges:atq; auro turbidus hermus
Laudibus italiæ certent:non bactra:nec indi:
Totaq; turriferis panchaia pinguis harenis:
Hæc loca non tauri ſpirantes naribus ignẽ
Inuertere ſatis immanis dentibus idri:
Nec galeis:denſiſq; uirum ſeges horruit haſtis
Sed grauidæ fruges:& bacchi maſſicus humor
Impleuere:tenent oleæ armentaq; læta.
Hinc bellator equus campis ſeſe arduus infert
Hic uer aſſiduum:Atq; alienis menſibus æſtas
Bis grauide pecudes:bis pomis utilis arbos.
Adde tot egregias urbes:operumq; laborem
Tot congeſta manu præſumptis oppida ſaxis
Flumina quæ antiquos ſubter labentia muros:
An mare quod ſupra memorem:quodq; abluit infra
An ne latus tantos:te lari maxime:teq;
Fluctibus:& fremitu inſurgens benace marino:
An memorem portus:lucrinoq; addita clauſtra:
Atq; Indignatum magnis clamoribus æquor:
Hæc eadem argenti riuos æriſq; metalla
Oſtendit uenis:atq; auro plurima fluxit.
Hæc genus acre uirum marſos:pubemq; ſabellam:
Aſſuetumq; malo ligurem:uolſcoſq; uerutos.
Extulit.hæc decios:marios.magnoſq; camillos
Scipiadas duros bello:& te maxime cæſar.
Salue magna parens frugum:ſaturnia tellus

Magna uirum:iuſſiſti propterea ut carmina ediſcerem patriæ iclitæ:qb⁹
decantatis:rurſum adſunt parochus & promus adfirmantes horam ap

Parochus
Promus

petere prandii:parata eſſe iã oĩa:cetũq; doctoꝝ uiroꝝ aduentauiſſe:da
pes(nõ qdẽ opiparas ſed frugales)inexpedito fore:& merũ prope ob
ſtupeſcere(erat enim bruma quo tpe Algent rigore cuncta)tu tandem
(ut es uir modeſtiſſimus)ne te diutius:q̃ par foret : decẽtiſſima docto
rũ uiroꝝ cohors opiretur:in cœnaculũ contendiſti:ubi honorifice exce
ptus ab doctis: primum aqua manibus data ſtantibus(ut mos eſt apud
nos)diſcubuiſti:innuẽs ſenioribus ut in locis accũberẽt honoratiorib⁹:
tu enim uetere & laudabili galloꝝ more primos ſemp̃ aſpernaris accubi
tus. Tum illati ſunt pugillares ex nucleis pinneis & ſacharo paſtilli:mox
q; iſcitia bubuleis ſociata linguis eiſdẽq; ſalitis. poſt hæc aſſũ uitulinũ
& toſti lepores duo iuſulento neſcio quo madefacti: cum malis aſyriis
illati ſunt. poſt eos iuſulata oſſa ex fruſtis panis in iure pingui :caſeo

Gallorum
mos laudabi
lis diſcũben
di

uetere:pipere:& cinamomo cõditis.demum inferunt ſalagma condita
nea:ea ſunt oliuæ cadis cõditæ:& feniculi:hæc oĩa cibi appetentiam fa
ciunt:ſed gulã nõ irritant:poſtremo illati ſunt galli gallinacei alio liquo
re aſperſi cum elixis carnibus ac pomis citreis:nouiſſime parmenſis ca
ſeus cum toſtis pyris prãdium clauſit:& is finis tue frugalitatis fuit: qui
nõ uiuis ut comedas:ſed comedis ut uiuas:a lotis manibus ꝓ bellariis &
ſecundis menſis oĩbus. Plinius allatus eſt necnon magnus ptolomeus :
& condicto dimiſſæ ſunt habene uiris doctis:ut qſq; in medium aliquid
ſcitu dignum afferret . aderant enim philoſophi:poetæ: aſtrologi:& ora
tores:In philoſophia facius cardanus præſidebat:aſtra uero ſumme calle
bat Marcus Antonius cadamuſtus:excellebat in poeſi Nicolaus picens
uir cõpoſitiſſime doctrine & moribus ſanctiſſimis . at cæſar ſacus un⁹
hæc omnia nouerat .i. philoſophiam:aſtra :& proſam & uorſam : mi-
rum eſt q̃ ſit huic uiro ad oĩa prõptũ igenium & ad omnẽ occaſionem
paratum:quicqd in medium adduxeris:ita probe nouit ut credas eum
meditatũ fuiſſe:& ut paucis abſoluã:qcqd explicandũ ſuſceperit(nihil
excipio)ad id unũ natus eſſe uidetur:adeo concinne:docte:& ãpliter di
ſerit de oĩb⁹:nec id prætermiſſerim eum ita atticæ loq ac ſi ortus & al

Frũgales da
pes
Facius car-
danus
Nicolaus pi
cens
Cæſar ſacus

tus athenis foret.aderam & ego omniũ indoctiſſimus q uelitabar cum
lelio philoſophio:quiq; ueluti male uocalis anſer oloribus inter ſe ſuaui-
ter concinentibus obſtrepebam:ſuccenſebat mihi lelius memorat⁹ gra
uatim ferens q; in eius ſententiam . calculũ haud ponerẽ : & iam iratior

Faci⁹ cardanus
Marcus Antonius cadamuſtus
Scitum ſalomonis
Nichola⁹ picens

Franciſcus corniger
Cæſar ſacus

(ut uirum noſti) minitabatur. Tu uero uix excãdeſcẽtẽ (alioqn ameni ingenii) cõpeſcuiſti modeſtiſſime uoluiſtiq; ut facius de natura & ſato nonnihil afferret in medium: q ut tibi morẽ gereret plura ex philoſophorũ oraculis ꝓmſit: & qdẽ docte tũ Marcus antõius de aſtris optime diſſerens contendebat Sidera homines ad cõpluſcula inclinare: ſed nõ cogere: ne tolleret libeꝝ arbitriũ. ne ue potẽtiæ diuinæ detraheret aliquid: & illud ſalomonis ſcitum oportune adducebat: uidelicet ſapiens dominabitur aſtris. Poſt eum Nicolaus picens uir non penitẽdus: & utriuſq; ſermonis eruditiſſimus: ludebat carminibus & adſeuerabat uatẽ egregium non ab arte ſed a natura eſſe: & maximum deoꝝ munus dicebat eẽ extẽporalitatem: quã ut aiebat mater peperit memoria: & uſus reꝝ parens genuit: huic aſtipulabatur Franciſcus Corniger: qui tã facile nec ineruditẽ carmina expuit: ut non iniuria illud ouidianum de eo dici poſſit: qcqd conabar dicere uerſus erat: Orationem ſolutam Cæſar ſacus adeo extulit: ut diceret ſine ea uix hominum genus mitius poſſe conſiſtere: nam fere cũcta quæ meditamur: quæ ue cogitamus: & fere oẽs noſtri animi conceptus: oratione ſoluta explicamus: quid enim aliud ſonãt philoſophoꝝ decentiſſimi cet⁹: quid aſtrologorum ſectę: quid hiſtoriæ: ſibi uolunt aliud q̃ compoſitam: cõcinnã: & copioſam: & bene curatam orationem: Q uaſ uni cæſari ſaco miro applauſu aſſenſi ſunt omnes. aderat & Io. Iacobus gilinus hõ eloquentiæ ꝓpe ĩfinitæ ac eruditiõis ingentiſſimæ: quem in ſtilo dicendi egregio pauci imitantur: ſed admirantur oẽs. aderat & Io. Antonius Cuſanus medic⁹ pſtãtiſſimus q nõ ut pleriq; alii: galenũ ſolũ & hypocratẽ nouit: ſed & elegãtiores artes omnis colit. Nã præter q̃ ꝙ philoſophus eſt inſignis: & nihil ipm latet quod ad ſalutem hominũ attineat: perinde ut ægris mortalibus ſalutem & uitã conciliet: ueluti aeſculapius qſpiã: id plus habet etiãnũ: ꝙ humaniores litteras callet: q̃ q maxime: & has tantas uiri uirtutes cõdecorant ſuauiſſima cõſuetudo: mellifluus ſermo (ut alter neſtor) & ipſe aſpectus affabiliſſimus: quo maiorẽ morbi partẽ mox tollit: ubi aſſidet ægris: facitq; ut uix ægritudinis tedeat egros: dii boni q̃ char⁹ eſt hic huic: urbi famigerat⁹ ſupraq̃ referre poſſim: adeo ut ubi ipſe d̃ uita alicui⁹ hæſitauerit ultra nõ ſit uiuẽdum: & ſi forte uixerit quiſpiam: deo tantum referat acceptum: Aderat & Lancinus curtius uir perpaucorum hominum: qui ſi philoſophiam: ſi carmen: ſi cuiuſuis doctrinæ genus ſpectaueris numeros oĩs elegantiſſime implet: quid quod extẽporalitate & ſermonis concinitate

Io. Iacobus gilinus uir eloquẽtie infinite
Io. Antoni⁹ cuſanus preſtantiſſimus medicus

Lãcin⁹ curtius uir ſpectatus

ac humaniſſimꝰ moribꝰ reliquas oīs dotes(qbus ubertim honeſtatᷣ)
exornat ad ſimetriam: Aderat & Io. Franciſcus muſicola q quāti ſit ab
uiris ꝓbis & doctis faciundꝰ ipſum agnomen declarat: aderat & fabiꝰ
Ro. uir lectiōis multiplicis ac doctrinæ tāte: ut nō ab re conſumatiſſi
mus dici queat: aderat & Alexander Minutianus huius urbis decus: q
ſua doctrina ꝓpe īnumeros patritios reddidit clariores. Et ut aliquan
do finiā: ſi uſq̄ ſūt muſe ꝑ id tēpꝰ: cū ſuis nēoribꝰ & fōtibꝰ: & ut ita dixe
rim cū ſua oī ſupellectile ad te cōmigrauerāt: nec prius cōtio ſoluta ē
q̄ citatiſſimus ueredarius ab regulo ambaſia ferens litteras aduenerit:
tūc ut es uir multi penſi: ratus tabellarium aliqd afferre magni momē
ti: cōdicto muſas ſecedere tantiſꝑ uoluiſti: dū reuerentiſſime mādata
regia excipes: ſed qd ego cādidiſſime Iafrede: tāq̄ marᷣ īgreſſus ꝓuehi
me ī altū ſentio: referā ergo pedē: & ad ceptū opꝰ redibo ut tibi obſe
quar. Exibunt igitᷣ hæ nauigationes quæ nuprime abs me tuo iuſſu la
tinitate donatæ ſūt tuo fretæ auxilio: nec cuiuſuis naſum formidabūt:
quandoquidē is es tu q integritate uitæ: & doctrina locupletiori: iā eiꝰ
loci es apud mortales fere oēs: cuius eſſe poſſunt uel ꝓbiſſimi qcunq꞉:
rumpatᷣ inuidia licet: adeo te geris ī oibus præclarū uirū: ut nec ipſe
liuor taxare geſta tua queat: fitq꞉ ꝑꝑea ut quæcūq꞉ ſuſcepis ꝓtegēda:
ea nullo turbine cōuelli queāt: & plura licet minus ſint exculta: quia
tamen tibi dicantᷣ uiro ſapiētiſſimo præclara uideātur: Erit itaq꞉ hæc
epiſtola tuæ abſolutiſſimæ uirtutis teſtimonium aliquod: nō explica-
tio laudis: quoniā tot ſunt tua præconia & imprimis quæ tibi abs iurᷣ
debentᷣ: ut lōgiore egeāt ſubſelio: maiorēq꞉ īmorationē expetant: nec
hæſit cordi mihi: ꝑ id tēpus tuarū laudū hiſtoriā texere: quoniā cōper
tū habeo iāpridē: te tua uirtute ſatis ac ſuper clarū fore: neq꞉ uiri ī lit-
teris pro letarii prædicatiōe egere: nā ut ē in ueteri adagio: uino uēdi
bili ſuſpēſa hedera nil opꝰ ē. ſed heus tu uir doctiſſime uereor ne ſis
occupatior q̄ ad has meas nugas deſcēderᷣ queas: uerum ubi tuā huma
niſſimā naturā penſitatius expendo: perſuadeo mihi haud difficulter
te mea nedū lecturū ſed & perlecturū humaniſſime: qui comitatis hu
māitatiſue norma es exactiſſima: uale doctorum uirorum præſidium.
Mediolani kalendis Iuniis. M.CCCCC.VIII.

FINIS.

Io. Frā. mu
ſicola

Fabius Ro
māus uir ce
leber

Alexander
minutianus
uir clarus

Muſæ cum
nemoribus
& ſiluis ad
Iafredū cō
tenderant

Citatiſſimꝰ
ueredarius
karolus am
baſia regulꝰ

Vetus ada-
gium

Præſbiteri Franciſci Tantii Cornigeri epigramma ad Archangelum Careualenſem Interpretem.

Quis melius librare homines ſcit præſide noſtro?
Qui tibi quo fierent iſta latina dedit?
Eſt doctrina tibi: facunde gratia linguæ.
Atq; ſtilus nouus eſt: orbis ut iſte nouus
De ſe nemo igitur tantum præſumat: ut ipſum:
Cuius es inuentor ſperet habere ſtilum.

Io. Fran. Quintiani Stoe Iambicon. Ad Archangelū Careualenſem. Interpretem.

Volumen ecce candidum emergit recens
Exaſceatum: & elegans: & lympidum.
Externa ſunt hic oppida externum ſolum:
Variiq; mores adſatim reconditi
Parua eſt tabella maior at ſententia.
Vt lecta uiſis ſit opus anteponere
Olim patentes mulciber trinacrius
Terras: ſonorum pelagus: axes cœlicos
Elementa cuncta feruidi cœlauerat
In clypeo achillis: attamen maior labos
Et uiſa uirtus maior eſt archangeli
Et cur? tonantis mulciber fuit deus
Et ſculpta tantum uiſa ſunt præſentibus:
Mortalis autem noſter eſt archangelus
Diuina quanquam phama conſcendet polos
Mox ſcriptæ cuncta nota ſunt abſentibus:
Vt qui uolumen legerint noſcent loca.
An credis ergo dignior mortalibus
Sit: qui labores ſuperet & uiuens deum?

# Index ſubſequentis operis.

Primus qui ſulcauerit oceanum meridiem uerſus cap.i.
Quæ inuitauerint Aloiſium Cadamuſtum ut terras nigritarum uiſeret. cap.ii.
Quo anno ſoluerint biremes & triremes a gaditano freto:& quibus uentis uela feceriut. cap.iii.
De portu ſancto:& de eius diſtantia:& ubi naſcitur ſanguis draconis:& quo modo ſit:& de melle ibi dem optimo. cap.iiii.
De Portu Moncrichi:& Medera inſula & quantum abſit a portu ſancto. cap.v.
Quid Medera ſignificat:& de ſylueſtribus columbis:qui hominum conſpectus non formidant:& de pauis albis:de ſaccaro primæ decoctionis:& de uuis procerioribus:quæ matureſcunt circiter ſanctam Hebdomadam. cap.vi.
De decem canariis inſulis:& de earum diſtantia ab Medera. cap.vii.
De Oricello herba:qua inficiuntur ueſtes:& de hircino corio:& de Idolis trium inſularum:& de eminentiore totius orbis inſula:deꝗ earum principibus:ac multiiugis moribus & de eo ꝙ nemo ducit uxorem uirginem:niſi ſtupretur a principe:& de feracitate inſularum. cap.viii.
De capite albo quantum abeſt a canariis:& de ſinu Dargino:& aliis nonnullis arenoſis terris: & de Hodeno ſcalis barbarorum. cap.ix.
De moribus incolarum Hodeni:& Arambuti:& de animalibus quæ inibi uiſuntur:Item de mercib9 eiuſdem & de equis qui commutantur in mancipia:de mercimoniis Luſitanorum in ſinu ſenegæ: de Azanegorum moribus:& imprimis de eo ꝙ ſunt egregii ſures:mendaces :& ſupra omnem ſidē proditores. cap.x.
De obeſis & præpinguibus mulieribus mammas prociores habentibus:& de conſpectis primo nauigiis:quæ eius regionis incolæ credidere fore animalia :uel certe phantaſmata quæpiam: & de permutantibus ſal abſꝗ congreſſu:& de imperio Mellis cum ſuis diſtantiis:& de eis qui ſunt ſub ipſo æquatore. cap.xi.
De eo quod Rex mellis nixus eſt aſtu & inſidiis ſcire:qui forent hi:qui adeo hominum commercia deſpiciunt:ut etiam in mercimoniis nihil coram agunt:& quo modo comperit eos habere labium inferius promiſſum uſꝗ ad pectus:ſed exulceratum:& de aurifodinis:& de porcellctis ; quæ ſuccedunt loco monetæ:deꝗ compluribus aliis ſcitu dignis. cap.xii.
De eo ꝙ locupletiores eximie coluntur ab omnibus:& de mulierum cultu:& de armis incolarum:ꝗꝗ ibi non pluit niſi ternis anni menſibus:& de magna ui locuſtaꝝ adeo ut cœlum inūbrēt. cap.xiii.
De ſinu ſenegæ:qui feracem ab ſterili diſterminat:& de uiris ſubcineritiis. cap.xiiii.
De incolis ſinus ſenegæ:& qūo regem præficiūt:& de moribus eorum & imprimis de conſuetudie erga coniuges. cap.xv.
De ſide primorum Nigritarum:deꝗ eorum habitu. cap.xvi.
De eo ꝙ ſunt loquaces:& uirtutis ſuæ iactatores:quos αρετάλογους graeci appellant :ꝗꝗ mēdaces & fallaces plurimum ſunt:tamen appulſis haud noxii:ſed hoſpites admodum. cap.xvii.
Quomodo congreſſi ſunt illis:& quæ ſint eorum arma:& de regno Gambræ plura. cap.xviii.
De regno Senegæ:& eius conterminis. cap.xix.
De Principe Budomelis & mercimoniis. cap.xx.
Quomodo Aloiſius petiit regnum Budomelis:& ibi acerrimos comperit natatores. cap.xxi.
De domibus:& ruſculis:ac coniugibus Principis. cap.xxii.
De aulicis Principis Budomeli:deꝗ eius regia. cap.xxiii.
De ueneratione qua utuntur erga principem:& modo adeundi Principis. cap.xxiiii.
De Moſchea.i.delubro principis:& de modo colendi Idola:deꝗ ritu ſacrificiorum. cap.xxv.
De frugibus eius regni Senegæ:ꝗ matureſcunt trimeſtri:deꝗ uino optimo palmis expſſo. cap.xxvi.
De oleo ad tria conducibili:deꝗ multiiugis fructibus:& nonnullis aliis. cap.xxvii.
De ſerpentibus imaniſſimis.adeo ut ſolidas hauriant capras:deꝗ ſerpētū incantatoribus.cap.xxviii.
De innumeris animalibus ſylueſtribus:& præſertim de Elephantis:& camelopardalis. cap.xxix.
De pſitacis multiplicibus :deꝗ aliis auitiorum generibus : & comprimis de Anſeribus : & Gallinis. cap.xxx.
De Emporiis & mercimoniis eorum:deꝗ mira gente:& de albicantibus chriſtianis. cap.xxxi.
De equis qui ob obeſitatem pereunt:deꝗ eorum fœno:& equorum faſcinatoribus. cap.xxxii.
De mulieribus tripudiantibus:& aliis mirabilibus. cap.xxxiii.
De Muſicalibus inſtrumentis:& de regno Gambræ:ac capite uiridi:ubi Antonietus Lygur : & Aloiſius cadamuſtus conuenere. cap.xxxiiii.
De ſinu Capitis uiridis cū tribus inſulis:deꝗ Bio flu.& habitantium moribus:& de Pagina nauiga

tionis primo loco facta:deq; Turcimanis. cap.xxxv.
De quodã magno flu.& quid ſint Almadiæ cap.xxxvi.
De contractu & commerciis Almadiarum& noſtrarum nauium cap.xxxvii.
De decreto Præfectorum & nautarum. cap.xxxviii.
De ſeptentrione:& aliis Stellis:deq; eorum hyeme. cap.xxxviiii.
De regione Gambræ:deq; eo ꝙ Antonietus & Aloiſius conuenerunt ut ſimul naues adirent regiones:& de locis quæ adiuere. cap.xl.
De loco dicto ad duas palmas:& de ſinu Gambræ:deq; inſula ſancti Andreæ : & de eorum principibus cap.xli.
De muneribus datis principi Batimanſæ:& de eius regionis mercibus:deq; remigiis noſtris abſimilibus:& aliis nonnullis cap.xlii.
De habitu:& moribus corũ:& de ꝓceriſſimis arboribus: & de modo capiẽdi Elephãtos. cap.xliii.
De membris Elephanti:& de Equino piſce. cap.xliiii.
De ſinu caſamanſæ quantum abſit ab ſinu Gambræ cap.xlv.
De capite rubeo:De ſinu Sanctæ Annæ:deq; ſinu Sancti Dominici : & de flu . ꝙ latitudine patet M.xx. cap.xlvi.
Quomodo ſoſpites rediere in Hyſpaniam cap.xlvii.
Quomodo nouas nacti ſunt regiões:& de ſinu Beſegnæ:& đ capite uergæ cũ ſuis diſtãtiis.ca.xlviii.
De capite ſagres cũ quibuſdam denominationibus aliorum capitum ac ſinuum:deq; inſulis:& moribus hominum:necnon mulierum terebratas aures habentium:deq; corũ uictu. cap.xlviiii.
De palmarum flu.& de ſinu fluminũ:deq; capite multorum cap.l.
Numerus Nauigiorum quæ ſoluerunt ab Vlyſbona uaſco Præfecto:& quando rediere uaſco apud caput uiride exiſtente. cap.li.
De ægritudine nauigantium.& de tellure nouiter cõperta:deq; aurifero flumine. cap.lii.
De ſitu urbis calechut:& qũo chriſtiani inibi baptizant:deq; eius rege:& apparatu regio :necnõ de legatione Præfecti ad regem. cap.liii.
De negociatoribus:& gubernatoribus regiis : & ubi multifariam aromata naſcuntur : deq; eorum moneta. cap.liiii.
Quãdiu urbs culta fuit a chriſtianis:& de numero nauium eo commeantium:deq; earum forma : & ꝙ eo contendunt ubi eſt magnes lapis:& de precio aromatum:& de unionibus:& baccis allatis in Luſitaniam. cap.lv.
De mari Erythreo:& de Mecha:deq; monte ſinai:& uino cretico in calechut:& ꝙ ab annis.lxxx.eo contendunt Mercatores. cap.lvi.
De cibis regiis ac populi calechut:deq; regionis piſcibus & equis. cap.lvii.
Quo rex faſtu equitet: deq; maurorum christianorum habitu ; & quantum diſtet urbs Calechut ab ulyſbona:& quanto tempore abſoluunt iter:& de numero repertaꝝ inſularum opera regis Hyſpaniarum:& de cognitione noſtræ fidei & Pape. cap.lviii.
De eo ꝙ ſunt iuſtitiæ obſeruãtiſſimi:& de aromatibus ubi naſcantur:deq; ſinu habitato ubi ſaphiri compluſculi inueniuntur. cap.lviiii.
De terra Iudaica:& ubi habitat Preſbyter Ioannes cap.lx.
De templo ubi dæmones uiſuntur:& de inſtrumentis nauigandi cap.lxi.
De Elephantis ad prelium non ineptis:deq; regis Portugalliæ inſtituto. cap.lxii.
De claſſe regis Emmanuel:& de loco ubi trophæum dedit Præfecto claſſis:deq; eius ſucceſſiuo itinere. cap.lxiii.
Quomodo naues actæ ui tempeſtatis in diuerſa dilapſæ ſunt. cap.lxiiii.
De erecto altari:deq; pane ex radicibus confecto more Pardorum hominum. cap.lxv.
De Pſitacis multiiugis:ac uerſicoloribus:& de ingenti piſce & de tellure nouiter reperta. cap.lxvi.
De quodam comete:deq; ſubmerſu quattuor nauium. cap.lxvii.
Quomodo Præfectus claſſis allocutus eſt conſanguineum regis melindæ. cap.lxviii.
Quomodo Præfectus locutus eſt amice cum rege Achiloæ habitis ſaluis conductibus. cap.lxix.
De litteris & muneribus miſſis ab rege Luſitania ad regem melindæ. cap.lxx.
De mari Erythreo:& Perſico:deq; mecha & aliis nonnullis. cap.lxxi.
Quomodo Præfectus claſſis regem calechut adiuit. cap.lxxii.
De habitu & gloria regis calechut. cap.lxxiii.
De muneribus miſſis ad regem:deq; obſidibus datis:& incommodo eorum. cap.lxxiiii.
De moribus incolarum Calechut:& de eis quæ fert regio cap.lxxv.
De negotiatoribus :deq; aromatibus quæ conuehuntur Babyloniam:& inde Alexandriã.cap.lxxvi.
De ſtrage Chriſtianorum & maurorum. cap.lxxvii.
Quomodo naues profectæ ſunt Cuchinum. cap.lxxviii.

De regno canone ubi Chriſtiani honoriſice ſunt excepti. cap.lxxix.
De naue ſubmerſa in ſinu Melindæ. cap.lxxx.
De reditu ſoſpitum nauium in patriam. cap.lxxxi.
De pondere & moneta illorum. cap.lxxxii.
De locis unde exportantur aromata in urbem calechut. cap.lxxxiii.
Quomodo Rex Hiſpaniarum expediuit.iiii.celoces:quibus preſecit Columbum. cap.lxxxiiii.
De inauditis inſulis compertis per columbum. cap.lxxxv.
De inſulis uaſtiſſimis Ioanna & mella:necnon hyſpana. cap.lxxxvi.
De condictiõib9 Hyſpanæ inſulæ. cap.lxxxvii.
De moribus Canibalorum. cap.lxxxviii.
De moribus incolarum Hyſpanæ inſulæ. cap.lxxxix.
De uiris inibi dimiſſis qui explorarent inſulam. cap.lxxxx.
De eo quod columbus ubi rediit in Hyſpaniam dictus eſt admirans:& ab regibus honoriſicẽtiſſime exceptus eſt:expedita rurſum claſſe:cui preſectus eſt. cap.xci.
Quõ Admirans cũ Claſſe.xvii.nauiũ Soluit ab Vlyſbona:& quod nouas inſulas reperit. cap.xcii.
Quomodo Admirans peruenit ad Hyſpanam inſulam:& ſuos comperit uitam exuiſſe. cap.xciii.
Quomodo Admirantis german9 ultus eſt de hoſtibus:& de compluribus repertis ab eo. cap.xciiii.
De flu.auriſero & de compluribus aliis. cap.xcv.
De oppido extructo ab Admirante in prædicta inſula. cap.xcvi.
De eo quod erecta arce diui Thomæ admirans conceſſit ad auriſodinam. cap.xcvii.
De mirabilibus repertis ab Admirante. cap.xcviii.
Quomodo reges omnes Hyſpanæ inſulæ reddidit uectigales. cap.xcix.
De regibus:qui deſciuerunt ab rege Hyſpaniarum ob maleſacta Hyſpanorum. cap.c.
De arce condita apud auriſodinam:quam auream appellant. cap.ci.
De tribus nauibus:quæ tulerunt commeatus cum mandato regio:ut auriſodinas incolerent:& reges qui noſtros contrucidauerant mitterent in Luſitaniam. cap.cii.
Quomodo Rex Auriſodine effectus eſt uectigalis cap.ciii.
Quomodo ſuperarunt reges qui deſciuerant ab noſtris cap.ciiii.
De nouis inſulis repertis deq; uarietate morum. cap.cv.
De reditu Admirantis ad Hyſpanam inſulam cap.cvi.
De diſcordiis repertis ab Admirante in inſula cap.cvii.
Quomodo Admirans:& eius germanus in pedicis ferreis miſſi ſunt in Hyſpaniam cap.cviii.
Quomodo Alõſſus niger ſocius Admirãtis nouas iſulas reperit:deq; earũ ritu:& morib9. capi.cix.
De locis ameniſſimis:de diuerſarum gentium moribus ab Alonſſo repertis. cap.cx.
De reditu Alonſſi in Hyſpaniam:& de allatis unionibus:deq; congreſſu canibalorum. cap.cxi.
De nauigatione Pinzoni ſocii Admirantis:& eius inuentu. cap.cxii.
Quomodo Pinzonus nactus eſt æquor potu ſuaue:deq; nonnullis aliis rebus. cap.cxiii.
De epiſtola Alberici Veſputii loco prohemii. cap.cxiiii.
De ordine nauigationis:& temporis. cap.cxv.
De diſtantia capitis uiridis uſq; ad id loci:quo deuenerunt: cap.cxvi.
De moribus:& natura illarum gentium. cap.xvii.
De feracitate ſoli:& temperie cæli. cap.cxviii.
De ſideribus:quæ ſunt iuxta polum antarticum. cap.cxviiii.
De eo quod hemiſpherium repertum non quadrat opinioni philoſophorum. cap.cxx.
De forma quartæ partis terræ compertæ. cap.cxxi.
Quomodo hic liber dictus eſt dies tertius cap.cxxii.
De excuſatione Alberici:deq; eius inſtituto. cap.cxxiii.
De audatia eorum : qui plura:q̃ par ſit ſcire uolunt. cap.cxxiiii.
De exemplo litterarum.d.Cretici.d.Venetorum:legati apud regem portugalliæ. cap.cxxv.
Exemplum litterarum.d.petri paſqualigii.D.Venetorum oratoris apud regem Portugaliæ:& in eis de itinere ad aquilonem facto. cap.cxxvi.
De litteris.d.Franciſci ſagittæ Cremonenſis ad.d.Petrum Paſqualigum. cap.cxxvii.
De litteris negotiatorum Hyſpaniæ ad colybiſtas correſponſales ſuos. cap.cxxviii.
Quomodo Ioſeph Indus poſt ſtragem Chriſtianorum apud urbem Calechut noſtras naues cõſcẽdit:& uenit Vlyſbonam:& inde Romam. cap.cxxix.
De forma corporis Ioſeph:& de eius urbe Caranganoræ:quam alii garangollam dicunt : & quid ſint gentiles. cap.cxxx.
De triplici hominũ genere gentiliũ Caranganoræ:deq; delubris & ritu eorũ ſacriſicandi.cap.cxxxi.
De moribus regis Caranganoræ:ac optimatum:deq; moribus:& cultu ſuarum uxorum:& ubi india auſpicatur:& q̃ inibi ſunt complures chriſtiani. cap.cxxxii.

De domibus Caranganoræ deq; Pontifice eorum maximo: ac Cardinalibus: Epiſcopis: ac reliquis ſacerdotibus: qui eccleſiis inibi moderantur. cap.cxxxiii.
De habitu ſacerdotum: de conſecratione: & quo modo humant corpora: deq; eorum celebritatibus & ibi ſunt uiri eruditiſſimi. cap.cxxxiiii.
Sub qua parte cæli ſit urbs Caranganoræ: & quando eſt eis hyems: & quomodo naues fabricantur: & quas regiones luſtret. cap.cxxxv.
De eorũ moneta: & unde eruant aurũ: deq; hominũ moribus. & eorum longiore uita: & de feracitate regionis: & quibus armis utuntur: quæ ue animalia habeant. cap.cxxxvi.
De pane: & herbis: ac arboribus eorũ: & imprimis de palma: quæ producit quadrigeminos fructus: uidelicet uinum: acetum: ſacharum: & oleum. cap.cxxxvii.
De modo conficiendi prædicta: & de aromatibus: quæ inibi naſcuntur. cap.cxxxviii.
De urbe Calechut: deq; eius habitatoribus: necnõ de moribus: ac mercibus eorum: & de regionibus noſtris Inibi nominatis. cap.cxxxix.
De deſcriptione regni Cambaiæ: deq; inſula Ormus: cum pluribus aliis regionibus: & preſertim de Guzerat regione cap.cxl.
De ſitu urbis Cambaiæ cum aliis locis Maritimis: & de rege eius: deq; Aromatibus: & mercibus eorum. cap.cxli.
De rege Narſindæ: & Cumari cum quibuſdam aliis capitibus: & q ibi eccleſia eſt Sancti Thomæ: deq; duabus inſulis celeberrimis uidelicet Saylam: & Taprobana. cap.cxlii.

FINIS.

## Ad lectorem.

Sed quoniam fieri non potuit qui feſtinus impreſſor aliquid (uti aſſolet) inuerteret: te non neſcium eſſe uolui: capite nono & uigeſſimo: ubi fit mentio de elephantis: Camelopardales uerbum deſiderari: quod ex indice: qui in fronte operis eſt: cognoſces: ſicq; eſſe legendum. ſunt & Camelopardales: & alia ingentia animalia: uerum ſylueſtria. Præterea negociatorum Hyſpaniæ epiſtola: cuius initium eſt Ex relatu eorum: quæq; caput. cxxvi. efficit præpoſtere poſita eſt: nam ordo hiſtoriæ expoſcit: ut. xx. octauum ſupra centeſimum locum obtineat.

ITINERARIVM Portugallenſium ex Vliſbona i Indiam nec non in Occidentem ac Setemptrionē: ex Vernaculo ſermone in latinum traductum. Interprete Archangelo Madrignano Mediolanenſe Monacho Careuallenſi.

Io. Mariæ Vicentino Montaboldus Francanus ſalutem.

AVDIREM nunc libens mi Io. Maria quorundam ſententiā: qui Plinium extra omnē aleam poſitum: ac ſermonis utriuſq; auctorum ſcriptorem præſtātiſſimum ob id procaci: & illoto ore temerāt: quod uidelicet nimium aſcita: ac prope incredibilia: nec ſimilia ueri (ut mentiunt ipſi) i hiſtoria naturæ adducat: arguūt ꝓpterea uirum tantū mendacii non alia magis de cauſa: q̄ quia earum rerum memorabilium: ac dignarū ſcitu meminit: quarū ipſi prorſus ſunt expertes: argumento ꝙ nuſq̄ ſint: ſi hic non reperiuntur. Quorū ſententia: ac temeritas q̄ ſit contemnenda: ac reiiciēda: utpote nullius penſi: præſens ad remotiores partes orbis nauigatio: & illarū imprimis: quæ hactenus fuere nobis inaceſſæ: clariꝰ (ut aiunt) Phœbo declarabit. Nā ſi a nobis adite regionis partes attētioꝛ apud te animo expenderis: ſi locorum ſitus: ſi omnifariā animalia: ſi arbores: ſi metalla: ſi gemmas: ſi & alia id genus compluſcula ſpectaueris: comperies profecto cum Plinii memorabilibus (adſit uenia dicto) fere contendere: ſi tamen in dicendi ſtilo nactæ forent alterum Plinium: Licet enim res illuſtres ſim denarraturus: qa tamē Luſitana lingua & demum Ethruſca referuntur: quæ ſplendorem totius hiſtoriæ eluminant: minus ne dixerim ponderis: ſed uoluptatis proculdubio ſunt habituræ: ut tute ex uſu rerū multarum: ac lectione multiplici melius iudicabis: & eorum dicta refelles: qui his duntaxat fidem adhibent: quæ oculis ſubdidere: quam rem ut libentius nauares: nauigationē hāc edidi: tibiq; nūcupaui: Tū quia Aſiam oēm: & Europā fere luſtrauiſti. In rerum tātarū uarietate id ſeligas: qđ dignius miratu cenſueris: tum uel maxime ut nouarū rerum percupidi earūdem q; auidiſſimi lectores: te non iniuria abſ me amari intelligant. Vale.

Laus & deſeſio Plinii

## Primus qui ſulcauerit oceanum meridiem uerſus.

### Cap. I.

Aloiſius Cadamuſtꝰ

CVm ego Aloiſius Cadamuſtus e Venetis patriciis primo animum induxerim ſulcandi eius oceani: qui a freto Gaditano per inſulas Fortunatas: & Ethiopas iferiores uerſus auſtrum tendit: cũq; ibi pleraq; ſcitu cognituq; non idigna deprehenderim ut fiat teſtatum poſteris animo mihi hæſiſſe: hactenus incomperta quærere: & adire inaceſa: prout rebus memoria ſuppetet: excipiã & ſubſequar calamo: donec earũ memorabiliũ rerũ: quæ uidi: & locorũ quæ corã adiui: uerã prorſus efficiã hiſtoriã: quæ oĩa ſi noſtris cõferantur: alterũ profecto orbem efficient: & ſi ea forte minꝰ ordinate abſme deſcribentur in rerum tantarum uarietate: non ſum tamen defuturus quin hiſtoriam ueram denarrem: & ubi fere incredibilia & prodigioſa occurrent (licet uera) temperabo tamen de induſtria & ſciens citiꝰ nõ nulla ſum pretermiſſurus q̃ uel minima citra ueritatem relaturus.

Alter orbis

Infãs Don Hurich

Primus igitur qui memoratũ oceanum: & Ethiopiam ſupradictam adire eſt aggreſſus poſt prothoparentem noſtrum Adam (unius Plinii hiſtoriam excipio). Is fuit noſtro æuo Illuſt. d. Infans Don Huric natus Luſitaniæ Rege Illuſtriſſimo. Don Ioanne: qui quidem Princeps Infans licet ſui nominis præclara: & prope innumerabilia per cenſeri poſſent: prudens preteribo omnia in preſens: id unum haud pretermiſerim quod chriſti ſeruatoris nr̃i almæ fidei eximie ſtuduit: & nihil magis ĩ uotis geſſit: q̃ nomẽ xp̃anũ ab barbaris: & dei hoſtibꝰ aſſerere: matrimonii expers fuit: adoleſcentiam ſuam caſtitate mira honeſtauit: domi: & militiæ ſtrenuus: Mauros ſæpenumero fudit: & bello clarus euaſit: Cum itaq; eius genitor diſſolutionem corporis ſibi imminẽre conſpiceret annorũ iam plenus: prius naturæ non conceſſit: q̃ ſaluberrimis præceptis filium monuerit: ut uidelicet: ſacratiſſimam chriſti fidẽ aĩo ĩcõcuſſo illibatoq; coleret: nec deeſſet ſuis uotis quibꝰ ĩſtituerat chriſti hoſtes debellare: & ſancto nomini reddere ſubiectos: adiiecit etiã ad hæc ut Luſitãæ gẽtis: & imprimis patritie cordate meminiſſet: & ut paucis abſoluã: ſæpe dictꝰ Illuſt. Don Huric patris monitis libẽs audiuit: fato iã functo parẽte: fratre tamẽ patrocinãte: q Regno ætatis cõceſſu ſucceſſit: huic nomẽ fuit Dõ Daruth: cuiꝰ auſpiciis mauros male accepit: q id regnũ occupãt: qđ ſeſſe dicitur: qđ qdẽ regnũ ĩcipit ab ãpeluſia ꝓmõtorio Mauritãiæ nõ lõge: a Gadibꝰ: & mari

Don Daruth

atlantico alluitur:& uergit ad auſtrum: Singulis igitur annis ex inſti-
tuto mauros laceſcens Celoces ſuas mittebat quoad ad id promonto
rium deuentum eſt: quod caput de non appellatur ab incolis: argu-
mento ꝙ qui ultra dictum promontorium iuere non ſunt regreſſi:
& ibi priſci Nautæ terminum ſemper conſtituerant ſuæ nauigatio
nis: hucuſq; : Itaq; Celoces Principis deuenere nec auſe ſunt ueterem
terminum excedere. Quæ ubi Principi ſunt renunciata animum ac-
cendunt magis peragrandi orbis. Inſtituit propterea rurſus ceptam
prouinciam perſequi: & Promontorium capitis de non: aliquãdo tran
ſcendere diis fauentibus: quoniam Celoces Luſitanæ omnibus oceani
Liburnicis eximie præſtant: & cum iam ad id opus nauandum præſto
eſſent nõnullæ Celoces: cenſuit non difficulter poſſe nauigare uaſtum
oceanum. cupiens admodũ loca hactenus inaceſſa adire: & nouos po
pulorũ Affricæ ritus uidere: quibus omnibꝰ exploratis ĩ promptu ha
beret Mauros pro arbitrio profligare: & ſuæ ditiõi addere. Iuſſit itaq;
Celoces ternas expediri: tum armamentis cum etiam cõmeatibus fere
omne genus: quibꝰ uiros ſtrenuos præfecit: qui dicto Principis audiẽ
tes profecti ſunt: & dictum promontorium capitis de non: littus haud
deſerentes. per centum fere miliaria præteriere: & cum nihil præter
ĩcultam tellurem: ac omni habitatore uiduam comperiiſſent: domum
regrediuntur. Cum igitur princeps de nouis populorum Affricæ mo
ribus: ac locorũ ſitibus ex his nauigationibꝰ nihil adhuc cõperti habe
ret: rurſus claſſem cõmunit omni genere annonæ: & rebus omnibus:
quibus hoſtes propulſare quirent: & ſuos diutius alere: data lege ut tã
diu nauigarent donec ſuperiores ſuorum nauigationes per centum &
quinquaginta miliaria excederent: & ultra: (ſi eis uiſum foret) pro
grederentur: quos pro labore tanto innumeris promiſſis onerat: qui
Principi obſequentes. uela dedere: & cum nihil nacti fuiſſent niſi ua-
ſtum & ſterile ſolum rediere. Quibus non obſtantibus Princeps in
dies fit auidior nouarum rerum: animuſq; accendebatur magis: ut aſ
ſolet: in rebus uetitis: quare iam tertio mittit: qui terram huiuſmodi
explorent: & ut breue faciam: tantiſper annis ſingulis nouos expe-
diuit nautas: donec ab Arabibus cultam terram inuenit: qui in deſer-
tis uitam trahebant: & paulo ultra progreſſi nouos populos inueniũt
qui azanegi appellantur. uiri coloris ſubcinericii: de quibus in ſequen
tibus latius dicturi ſumus: & poſtremo iam ipſis adnauigantibus tellꝰ

Caput de non

Celoces terne iuſſu regis expediũtur

Caput de non p centũ miliaria pretereunt

Azanegi populi

Ethiopium inferioris affricæ:quæ oceano adiacet auſtrali : apparuit : rurſuſqꝫ indies nouos populos.tum idiomate:cum ēt ritu & moribus differentes nanciſcuntur:ut lectori diffuſius deinceps liquebit.

## Quæ inuitauerint Aloiſium cadamuſtum:ut terras nigritarū uiſeret. C.II.

Aloiſius

CVm igitur ego Aloiſius forem uenetiis:quæ urbs mihi ſolū eſt patrium:anno a partu uirginis. M.D.IIII.annum agens alterum:& uigeſſimum:& cum iam fere noſtri maris:qđ Me

Celtogallia

diterraneum appellant:littora omnia luſtrauiſſem:decreui in celtogalliam iterum contendere.quo alias iueram cōmertii gratia . ea.n.eſt regio Galliæ:que ab oriente terminum habet Rhenum fluuium ab ſeptentrione Oceanum Britanicum:in quem exonerat Rhenus predictꝰ:

Brugis

& ibi nobile Emporium uiſitur:Brugim appellāt:nullis Emporiis ſeptemtrionalis regionis poſtferendum:& eo lucri cauſa cōtendebam:cū ergo illo proficiſci decreuiſſem:accinxi me itineri.non quidem multis onuſtus pecuniis.nam pauciſſimi cenſus eram & liburnicas:quæ eo tē

Marcꝰ zēo

debāt conſcendi Duce Marco Zenone eqte ſplendidiſſimo priꝰ chriſti nomine inuocato Venetiis ſoluimus āno chriſti memorato.augusti octaua Luce:& proſperis auſpiciis uetus inſtitutum internauigandum obſeruantes.iter agentes per certa hoſpitia hoc eſt ad conſueta loca applicuimus ſemper.donec in Hiſpaniam deuentum eſt:& cum ui ingē

Promontoriū ſacrū dictum

tis tempeſtatis ducti applicuiſſemus ad id promōtorium : quod ſacrū Ptholomeus appellat:in oceanum uaſte prominens:nūc caput ſancti Vincentii:forte fortuna non longe ab hoc portu Princeps infans per

Repoſera oppidum

id tempus in oppido :cui nomen eſt repoſera agebat animi cauſa . is ut accepit nos aduentauiſſe ad claſſem noſtram iternuntium mittit ui

Antoniꝰ gōzalis

rum:a ſuis ſecretis egregium Antonium Gonzallem nuncupabant comite patricio ueneto:qui illic cōſulem uenetæ gentis agebat:ut diplomata uenetorum principum ſigillo īſignita declarabāt:quiqꝫ ſub pricipe infante ſtipendia merebat:adiuere itaqꝫ nos ex præſcripto principis ſacarum ferentes promercale ſumptum ex īſula medere: quæ ocea

Inſula medere

no Athlantico innatat.e regione mauritaniæ:tulere etiam commertii gratia ſanguinem Draconis:& alia plæraqꝫ ſumpta ab inſulis pricipis predicti.dum igitur de ſacaro:& aliis mercimoniis ſermo fit inter nos ut aſſolet merces commutantibꝰ:percunctamur Luſitanos unde hæc

tam preclarã eruerint:& regiones loeaꝗ ſciſcitamur : plura referunt
Principem ſuum ſubegiſſe gentes innumeras chriſtiano nomini hacte
nus ĩcompertas:unde:& ſaccarum:& Draconis ſanguis:& alia q̃pluri
ma naturæ conducentia exportantur : addidere etiam ad hæc parua
eſſe quæ rettuliſſent:Si conferantur cum aliis rebus:quas præclare di
ctus Princeps egerat:aperiuntꝗ nobis hunc Principem Egregium
inacceſſa Maria ſulcauiſſe per internuntios nautas:nouaſꝗ Regiones
peragratas:domitas prodigioſas gentes:res miratu dignas repertas
unde innumera Lucra comparantur:adeo ut ex numo denos efficias
nullumꝗ fœnus eſſe quod lucrum ſuperet huiuſmodi:hæc illi ſedulo
denarrabant:mirantibus nobis & obſtupeſcentibus præ rerum inuen
tu conſpicuo:ea igitur me inter cæteros accendunt lucri auidiſſimũ:
ſtatui propterea hunc principem coram adire:ut ſi forte:& nobis ſul
candi dicta æquora poteſtatẽ faceret: quoniam ſuum eſt eius freti ue
ctigal:cuſtodit propterea ipſe Gaditanum fretum non incurioſe re-
ſponſum habui ab eis:qui claſſem noſtram:ut preſeci:adiuerãt:me nõ
difficulter impetraturum ab Principe ut meo deſiderio fiat ſatis:uerũ
ſcirem duorum optionem prĩcipem daturum : utrum uellem ſumerẽ:
conditio hæc eſt:qui celoces ſua impenſa expedit:ſuoꝗ periculo agit Conditio
omnia.Is earum mercium quas ferret:prĩcipi quartam det partem ex
uetere inſtituto:aut princeps ſuo impẽdio claſſem expediat quo ad ar
mamenta & illa oĩa:quæ tueri poſſent naues ab incurſu hoſtium :reli-
qua ageret qui merces ducit:& cum rediiſſet principi dimidium da-
ret omnium.& ubi nihil mercis ex nauigatione allatum fuiſſet : omnẽ
impenſam:& operam luderet mercator:licet haud dubie conſtet eos:
qui illo contendent conſecuturos lucrum non mediocre : adiecit etiã
principem:ſi qui e Venetis.regiones prædictas inuiſere uoluerint:id
facillime conceſſurum immo fauturum plurimum:quandoquidem ſi
bi perſuadebat:& aromata omne genus:& alia pleraꝗ inibi nautas re
perturos:quæ inprimis Veneti ſuper omnem gentem callent adamu
ſim:propterea Principem prædictum adiui:qui me etiam:ultra q̃ par Adit Regẽ
erat:honorifice excepit:& ea omnia quæ ex relatu ſuorum acceperam
preſens comprobauit:hoc etiam plus addidit: modo ceptam prouin-
ciam non deſererem:ſe ingentiſſimis fauoribus: & gratiis proſequutu
rum hoc celebre uotum:quibus auditis apud me hæc omnia penſita-
tius reuoluebam uegetam ætatem;habilitatem corporis:uires:& inge

nium:quæ omnem laborem ſubire poterant:& peragrandi orbis percupidus accendebar magis:cum preſertim nullus: e conterraneis meis hæc aggreſſus eſſet:non diffidens ex his magnis laboribus me aliquando:& honorem & emolumentum reportaturum:decreui prorſus uotum meum abſoluere:percunctatus primo negociatores Luſitanos quas merces magni facerent nigrite Ethiopes:& auſtraliſſimæ gẽtes: redii demum reuiſum meos:qui Liburnicas in littore habebant: & ea quæ in celticam galliam uehere inſtitueram uni affini meo comendo: & mercatus Liburnicas:quæ nauigando itineri facerent ſatis : ad continentem applicui:at naues uenetæ in galliam uela fecere.

## Cap.III.

### Quando abiere Liburnicæ:& quibus uentis uela fecerant.

Promõtoriũ ſacrum

Vincentius lagus

CVm igitur eo loci me adhuc continerem:quem caput ſancti Vicentii appellant:aliter promontorium ſacrum:ut præfecimus. Id gratum principi admodum fuit:excipiebat me propterea ſolito magis honorificentius:& elapſis q̃pluribus diebus iubet celocem armari:quæ uehere dolia nonaginta queat:cui præfectus erat Vincentius Lagus incola oppidi cuiuſdam ab dicto promontorio diſtantis. Mil.xvi. Celocem uero muniunt omni commeatuũ genere:& earum rerum præſertim:quæ nautis uictum diuturniorem ſuppeditarent:deorum itaq; implorato auxilio ab promontorio ſoluimus die uigeſſimo:& altero martii anni. M.D.V. flante uento apeliote : & Borea:& primo uela dedimus uerſus inſulam mederæ iter agentes eũdo ad quartam lebegii occidentem uerſus itinere recto die.xxv. Martii applicuimus mederæ per portum ſanctum circiter meridiem:diſtat dicta inſula ab ſacro promontorio fere Miliariis ſexcentis.

## Capitulo.IIII.

### Deſcriptio portus ſancti & rerum in eo memorabilium.

Inſula ſancti portus

HAec iſula ſancti portus parua admodum ẽ:utpote quæ.xxv. miliarium circuitu patet: citra ſeptimũ.& uigeſſimũ annum ab nauibus prædicti principis reperta. hanc Luſitani iuſſu

ſui principis incolunt: alias a noſtris nunq̃ cognitam: huic moderatur Bartholomeus Polaſtrus dicti principis alumnus: fert hæc inſula innumeras fruges. Triticum: ſiliginem: & alia id genus: boues: Iuuencos: apros: & in primis cũiculis ſcatet: & ibi ſanguis draconis: qui lachrima eſt arboris. nam ſtato anni tempore arbores ferro ſauciant: quæ ubi ſunt inciſæ anno ſequente gummam emittunt per inciſiones: gumma uero ahenis decocta: & deſecata ſanguis efficitur: quem appellant draconis: eius Arbor producit fructum Ceraſi inſtar: menſe Martii guſtu eximium: coloris ueneti: inſulam circumuectis conſtat ibi piſciũ ubertatem maximam eſſe: in primis dentalium. & oſtrearum: portu caret: ſtationem uero habet perq̃ cõmodam ab omni uẽto℞ aſſlatu tutam: excipio ſubſolanum: & uulturnum: quibus haud tuto nautæ ſe freto committerent: hæc Portus ſanctus appellatur: Mel gignit ſuauiſſimum adeo ut nullibi ſit præſtantius. ceram quoq; producit abunde: nam ibi apum conſertiſſima cernuntur examina innumeraq;.

Bartholomeus polaſtrus

Sãguis draconis qd ſit & quomodo fiat

## Cap. V.

### Monchricus portus inſulæ Mederæ

HLlinc die. xx. ſeptimo ſoluimus uidelicet ab inſula ſancti portus: & eadem die portum Monchricum applicuimus is eſt inſulæ mederæ portus: qui abeſt ab portu ſancto miliariis quadraginta: & ni nubes cælum inumbrauerint altera alteram uidet.

## Cap. VI.

MEdera inſula auſpiciis: & opera infantis principis colitur frequens eſt habitatore: hæc igitur ab Luſitanis incolitur ab annis quattuor & uiginti alias incognita: huic præfecit princeps uiros duos egregios equites: primo nomen eſt Triſtanſere: & hic mediæ inſulæ moderatur: alteri Ioanni Conzale: qui inſulæ quod ſupereſt moderandum ſuſcepit: & huic inſulæ nomen inditum eſt a copia lignorum: Id. n. indigenarum lingua medera ſignificat argumento q quicquid inibi erat ſoli: totum id ſiluis opacum condenſiſſimis conſpiciebatur: operepræcium igitur fuit his: qui primo coluere iſulã

Medera

ut igni multo cōpurgarēt:q̄ adeo graſſatus ē aliquādo ut ēt uiros cor ripuiſſet:ni ꝓpe aqs humeroten⁹ imerſi ſibi cōſuluiſſet. Nā dict⁹ Io. Gōzales ut ignē euaderet cū cōiuge:& natis famē bidui iugiter i aqs tollerātiſſime ſuſtinuit. Igne igiẗ expurgata iſula ſemini præparaẗ idonea:hæc q̄ttuor e ꝑtibus coliẗ una appellaẗ mōchricus :altera ſancte crucis:tertia Fōzala:ultima Iouis camera:& licet q̄plurimas alias hītatiōes hēat:hæ ſunt tamen potiſſime:ſi uiri ꝓcēſendi forent hi ꝓculdubio octingenti eſſent:e quibus ſeligi poſſent equites centum : inſula circuitu patet quadraginta miliarium:portum non habet:uerum per oportunas ſtationes:feracis eſt ſoli: licet ſaltuoſa inſtar cilitiæ : ſcatet tamen frugibus fere innumeris: legit quotannis Tritici ſtaria. 30000. Venetorum:deſiit tamē eſſe feraciſſima:licet fertilis adhuc plura producat.nam frequentiore ſemine attrita ē:quoniā idies aratur:atteritur magis:regio ē irrigua fontibus:& amnibus cōſpicua:octo uiſunẗ ibi: q̄ iſulā iterfluūt:& ibi æquaticæ ſerræ:qb⁹ i aſſamēta ſecanẗ ligna:& alia id genus efficiūt:ut ſunt mēſæ.tripodes:qbus fere Luſitāia oīs cōdecoraẗ eximie:necnō circūadiacētes regiōes exornanẗ: aſſamēta ibi multi iuga uiſunẗ.alias dedolanẗ i mēſas ex cedro miri odoris: nec abſimiles cupreſſo:ex aliis fiūt abaci:tripodes:cophini:ſcrinia:& fere oē gen⁹ receptacula:& iprimis ex naſſo fiūt pulcherrīe:q̄ quaſi purpurei ſunt coloris : quoniā uero hæc inſula frequentioribus irrigatur fluminib⁹: mēorat⁹ prīceps ſaccareū harūdietū ibi plātari iuſſit:ex quo ſaccari q̄plurimum legiẗ:īde ueniūt ſcitiſſima ſaccara toto orbe præcipua primæ decoctiōis:necnō mixta : & quantū ex aliorū relatu colligere quiui:indies meliora ſaccara ſperant:quoniā ea iſula tēperie cœli meliore ſaccarum ſuapte natura gignit.nam ea qualitas eſt plagæ illius:quæ cipri : & ſiciliæ:nunq̄ algent.& ibi bellaria : & tragemata ex ſaccaro oīum generū:melliſq; plurimum:ceræ quidē ſatis: ſed nō tantū:uineas habet nō deſpicabiles:in quibus taleas & maleolos maluatici plantari iuſſit prīceps infans:afferunẗ ex creta inſula:quā hodie appellant candiā:uberes ſunt uineæ cœlo ad id iclināte:uites plus uuæ : q̄ foliorū ferunt:racemi proceriores.ut menſurā quattuor palmoꝝ excedant:res uiſu conſpicua:miraq; uoluptate afficit iuētes: & ibi uuæ quibus colos eſt niger in arcuatis penſiles:inde etiam exportantur ex naſſo arcus celebres:qui ferunẗ in occidētem:& fiunt ligna apta arcubus conficiendis:& ibi paui q̄plurimi ſilueſtres colore ad albedinē in

Inſulæ circuitus

Optimū ſacarum

Mira d̄ uuis

clinato: Perdices neq; id genus alia ibi uidebis: præter coturnices: & apros inumeros in montibus. Memini etiam ab idigenis accepiſſe ibi cum primo culta eſt inſula copiam maximã columborũ fuiſſe: quibus capiendis non alia arte uſi ſunt aucupes: q̃ alligato pertice uncino ex arboribus: quibus illic inſident: traherentur ad ſe non pauentibus auibus: ſed mirantibus ueluti ad rem non uiſam hactenus: quoniam nullo habitatore humano culta fuerat inſula. ab ſolis auibus: & feris habitata: fidem huic rei maiorem adſtruit: altera inſula noſtris temporibus reperta natura non abſimilis: præſertim in auium aucupio ea utraq; humani ritus expers fuerat: animalia ibi q̃plurima uſui humano apta: uiri illic etiam cenſus non mediocris compluſculi dites: ac locupletes: omnis inſula adeo culta eſt: ut uiridarium: & hortum præſentet amœniſſimum. quicquid ibi legitur ueluti aurum eſt: & ibi celeberrima Diui Franciſci cenobia uite obſeruantioris ſanctioriſq;. accepi etiam ab incolis fide haud indignis uuas etiam matureſcere circiter ſanctam ebdomodam.

Coturnices & apri

Columbi & quomodo capiantur

Habitabat᷑ a ſolis auibus & feris

Q uo tẽpore hic matureſcant uuæ

## Capitulo. VII.

### Canariæ inſulæ numero decem.

AB dicta inſula mederæ auſtro flante ſoluimus: quo duce iter confecimus donec inſulas Canarias applicuim⁹: quæ abſunt ab medera fere miliariis. cccxx. hæ ſunt decẽ nũero: ſeptem cultæ: tres deſertæ: quæ coluntur hæ ſunt: priuis priua nomina: primæ nomen eſt fractelãcee: ſecũdæ magne ſortis: tertiæ Grãcamariæ: quartæ teueriffæ: quĩtæ Gienere: ſextæ Palmæ: ſeptimæ ferro. Nec id eſt prætereundum: ꝙ ex memoratis ſeptem inſulis: quattuor chriſtianum nomen colunt: uidelicet fractalancea: magnaſors: Gienera & Ferrum. Tres uero quæ ſuperſunt e ſeptem idolis ſeruiunt. chriſtianis inſulis præeſt eques nobilliſſimus. qui Ferrara nuncupat᷑ oriũdus ex urbe ſibilia ditiõis hiſpaniaꝵ Regis: q colũt has iſulas uiuũt pane ordeaceo: carnibus: & lacte plurimo: & i primis caprio: q̃bus abundãt: hæ uini: & tritici impatiẽtes ſunt: niſi aliũde iportet᷑: eis prorſus carẽt. fruct⁹ fere nulli: reliq̃ uero optĩa: ſcatet onagris. i. ſilueſtrib⁹ aſinis: præſertĩ ea q̃ dr̃ ferrũ: diſtãt iuicẽ hæ iſulæ miliariis q̃dragita: ita alia reſpicit

Recedunt a medera

Inſula fractelancee Magne ſortis & grancamariæ

Ferrara

Q uib⁹ utãtur cibis

aliam ut de induſtria continenterq̧ ſubordinata uideantur : & orien-
tem prima:ultima uero occidentem reſpicit.

## Cap. VIII.

### Quæ canariæ ferant.

Oriocola herba

Ex his inſulis aduehitur herba:quæ oricola dicitur: cuius co lore ueſtes inficiuntur:quæ quidem herba gades in ſinu ſibi liæ comportatur:& illinc in orientem:& demum in occiden tem itur:exportatur etiam inde corii hircini copia ingentiſſima:quod ceteris preſtat : ſeui plurimum :caſei uero multum : & incolæ harum quattuor inſularum nomini chriſtiano parent . & canarii dicuntur .

Canarii populi

Idiomate differunt adeo ut alter alterum haud intelligat: mœnia non habent:ſed uicos undequaq̧ patentes:uerum in eminentiſſimis mon tibus ſpecus excauant ubi degunt tuti ab omni impetu hoſtili : ſunt hi montes ſuapte natura fere inacceſſi ideo inexpugnabiles : perinde ut nulla uis eo penetret:una fames aditum preberet:& ambitus mino ris harum inſularum non minus patet miliariis nonaginta:tres uero quæ idola colunt uaſtiores ſunt : & frequentiore habitatore præſertim canaria magna quæ hominibus circiter octomilibus exornatur. Tene riffa autem trium maior eſt :hominum quindecim milia : ſi utrunq̧ ſexum ſpectes emitteret. Palma uero rariſſimo eſt habitatore uiſu ta men conſpicua : & delectabilis admodum . Id etiam apprime eſt di- gnum ſcitu ꝙ nulla alia de cauſa hæc regio eſt prope inexpugnabilis niſi ob ſitus locorum prope inacceſſos . & ſtrenuam gentem:fitq̧ pro pterea ut ſubdita ſit nemini:licet pluribus ſit laceſſita preliis : nec ſi lendum puto de inſula Teneriſe : quæ & eximie colitur & inter or- bis inſulas eſt eminentior : nam cælo ſereno eminus conſpicitur : adeo ut qui abſunt ab ea ad Leucas hiſpanas ſexaginta uel ſeptuagin ta non difficulter eam intueantur:& ſi leucarum rationem colligas mi liaria. cc. quinquaginta excedunt:quod cernatur a longe id efficit acu minatus lapis adamantinus inſtar piramidis in medio:qui metiti ſunt lapidem aiunt altitudine Leucarum quindecim menſuram excedere ab immo ad ſum̄ū uerticē. Is lapis iugiter flagrat iſtar ætnæ montis id adfirmāt nr̄i chriſtiāi:q capti aliquādo hæc aīaduertere:hi pſectos

Domibus carent

Teneriſa inſula

Adamas miræ magnitudinis

habent nouem : quos duces appellant : nec iure hereditario ſucce-
dunt . ſed ius eſt in armis . inuicem digladiantur : & ſeuiunt ut be-
luæ : armis carent : quia ferrum non habent . uerum lapidibus : &
ſcipionibus res geritur iter eos : nā lignis acuminata cornua adſigunt
ut uicem ferri gerant : nudi fere omnes incedunt : tamen nōnulli auer
ſe : & aduerſe pellibus caprinis teguntur : carnem̄ inungunt ſeuo hirci
no condito herbarum quarundam ſuco : ut cutis effecta denſior algo-
rem tolerent facilius : licet ibi uix algeant : quoniam ad auſtrum ſunt
poſiti : domos non habent neq̧ Mapalia : nec quidem uiles caſas : uerū
ſpecus : & cauernas montium incolunt : ordeo : carnibus : & caprino
lacte paſcuntur : abundāt nonnullis fructibus : & imprimis ficis : metūt
fruges menſe Martii : & aprilis : fidem habent nulllam : nec deum no-
runt : ſed alii alia idola colunt : ſolem nonnulli : & alii lunam : & pla
netas ſuperſtitioſe admodum idolis ſeruiunt : mulieribus quidem in
promiſcuum non utuntur : ſed pro arbitrio ducunt innumeras : uir
gines : coniuges prius non accipiunt : q̄ ab principe deflorentur : &
id apud eos ingens decus : & honos ducitur . uerum ſi quis forte ar
gutulus diceret unde hæc noſti . Id pro reſponſo : nobis erit : inco
las uidelicet conterminarum inſularum : quæ chriſto parent : ex in-
ſtituto uitæ conſueuiſſe hos infideles crebris incurſionibus laceſſere
noctu præſertim : & ubi aliquando in congreſſu ſuccumbunt infide-
les : captiui ducuntur ſexus utriuſq̧ : qui ſic capti in Hiſpaniam mit-
tuntur : qui hæc nos docuere : uſu euenit aliquando : ut e noſtris cor
ripiantur aliqui : quos canarii ad contumelias ſeruant : & ut publico
ſint ludibrio : lanii officio fungi eos cogunt : eiſq̧ exenterandis bobus :
& ſuibus addictis : qđ apud eos ignominiæ ſpecimen : & dedecoris du
citur magnum : & tantiſper captiuitatem tolerant donec permuta-
tione aliqua redimantur : ſeruant etiam alium morem canarii in augu
randis principibus . nam cum ſceptra ſuſcipiunt compluſculi ſeſe
offerunt certatim in memoriam : & honorem noui principis moritu
ros & ſponte quiſpiam uitam deuouet : congregantur propterea in
ualle deuexa : & ibi peractis nonnullis cerimoniis : ac prolatis uerbis
quibuſdam : ille qui ſua morte feſtum principis eſt exornaturus : ſe
dat e rupe precipitem : perinde ut fere in fruſtrà conciſus exani-
metur : pro qua re : quoniam fit in gratiam principis : debet prin-
ceps ſuperſtitibus agnatis defuncti : proſequiturq̧ eos beneficiis : ac

Nudi icedūt

Domos non habent

Fruges metunt menſe martii

Vxores non accipiūt priuſq̄ a principe deflorētur

Mos i augurandis principibus

fauoribus innumeris . hunc morem ipſimet . licet improbent : ſeruant tamen : & pro comperto habemus uerum eſſe : quod retulimus : ſaliunt miruminmodum : agiles ſupra q̃ referre queam : inſtar funābuli & petauriſtæ corpora librant : & ut hinuli de ſaxo in ſaxum migrant : licet multum diſtent : & id nudis pedibus : lapidem iaciunt ultra aliorum iactum : & quicquid pro ſcopo ac ſigno dederint nuſq̃ aberrant : uim maximam : ac prope incredibilem lacertis inferunt : adeo ut uno uel altero ictu umbonem infringant . Memini dum illic agerem uidere e chriſtianis Canariis quendam hoc Ludrici genus agentem : conditionem proponebat propoſitamq; ſanciebat pignore . uiris tribus mala aſyria duodena dabat : ut omnes ea iacerent in eum nec propius accederent q̃ ad octo uel decem paſſus : aberraturos omnes adſeuerabat : nec ipſe eorum poma medica tangere uolebat : niſi manu repercutiendo : alioquin inanes illorum iactus futuros prædicabat : ille uero duodecim ſumebat : & in uiros prædictos uibrabat nullo aberrante : abnuere conditionem omnes : quandoquidem probe nouerant quantum præſtaret corporis dexteritate : nec eos latebat ipſum etiam plura facturum : q̃ iactauiſſet : hæc ſumma eſt igitur : ipſos Canarios mobilitate : ac agili natura fere omnes anteire mortales : hi etiam eximium cultum cenſent : herbarum ſuco tingere corpora colore multiplici : modo puniceo : praſino modo : nonnunq̃ Veneto : aliquando ceruleo : & nihil cultius ornatiuſue ducunt colorum uarietate : & hæc pictura eſt eius ornatus apud eos : cuius ornatiores ueſtes apud nos ſunt . Ex his inſulis igitur Canariis : duas ego Aloiſius præſens inuiſi . Gomorram uidelicet : & ferrum . Palmæ quidem applicui : uerum nuſq̃ claſſem deſerui : ut ceptum iter conſumarem.

Eeorũ agilitas

Magne uires

Multiplici colore tingunt corpora herbarũ ſuco

## Cap. VIIII.

### Deſcriptio capitis Albi cum inſulis proximioribus.

SOluimus ab hac inſula flante auſtro Ethiopiam uerſus : & breui puenimus ad id loci : cui capiti Albo nomẽ eſt : abeſtq; a Canaria miliariis fere ſeptingẽtis ſeptuaginta : & illud præſertim eſt ſciẽdũ : q; qui ab Canaria iſula ad caput Albũ ꝓficiſcunt . hi littora affricæ nõnihil deſerũt : quoniã q auſtro ducũt ad leuã affricã

relinquunt : quantoq; magis : quis ducit naues in altum:tanto minus continentis uidet:quia Canariæ inſulæ plurimũ abſunt ab littore affricæ occidẽtẽ uerſus. Igitur nautæ tamdiu abſunt ab littore dũ nauigãt: quoad ultra medietatẽ itineris peregerint:quo inſula canaria ab capite albo abeſt:& demum obliquant ad leuam tantiſper. donec caput album ſpeculentur a longe:ne prius appellant terram q̃ eminus explorauerint:quoniam ultra dictum caput nihil nisi uaſtum mare conſpicitur : quoad peruenias ad id littus ubi cum dicto capite fit ſinus : qui dicitur Forna Dargin : cui ab inſula quadam ſinus eiuſdem dicta Dargin : nomen inditum eſt : quod quidem nomen habet originem ab parua inſula in eodem ſinu ſita intra ſinum per miliaria quinquaginta : & ibi etiam tres inſulæ :quibus indita ſunt hæc nomina a Luſitanis:primam albam appellarunt: quia arenis ſtrata eſt : alteram Garzararum inſulam : argumento : ꝙ Luſitani qui primo coluerunt eam magnam marinarum auium copiam ibi nacti ſunt:adeo ut inde duas naues onuſtas omne genus auium in Hiſpaniam duxerint : tertia inſula Cori dicta eſt : & hæ tres inſulæ paruæ ſunt admodum arenoſæq;:ac deſertæ. In illa quæ dicitur Dargin aqua potu dulcis inuenitur:in aliis uero non niſi marina : & ſignanter animaduertendum eſt : ꝙ hi qui a freto Gaditano ſoluunt : & uerſus hanc Ethiopiam: quæ auſtrum reſpicit:tendunt: nihil culti reperiunt : etiam ab Barbaris quoad ad id loci uenias : qui caput de Chatin dicitur & ab eo uerſus caput album ſemper a latere:& tunc tellus arenoſa : quæ eſt deſerta:& ſeptentrionalem partem reſpicit : præſertim eam : quæ montibus adiacet:quæ eſt noſtra Barbaria citra Tunetum : & loca illa omnia a latere:quos quidẽ montes barbari appellant Sarra : & uerſus auſtrum contermina eſt nigritis Ethiopiæ inferioris : uaſta eſt hæc regio adeo ut ſi ex tranſuerſo metiaris itinere dierum ſexaginta uel celeris ueredarii haud conſequaris magnitudinem non ſeruat tamen uaſtitatem hanc undequaq; : & oceano alluitur ab altera partæ: quæ tota eſt alba : & arida : ac plena arenis depreſſa eſt:nec inæqualis : & uſq; ad dictum caput album:miram præſe fert æqualitatem. Inuenerunt Luſitani primo hoc Caput Album : & in eo nihil præter arenas nulla herbarum:aut arborum ueſtigia:uiſu tamen eſt conſpicuum: quia triangulum preſentat:nã in fronte efficit Piramides tres: quæ ſingule inuicẽ abſunt miliario. Id latus totum ſcatet piſcibus oium gene-

Alba inſula

Garzararũ inſula

Cori inſula

Dragin

Nigritis regio maxima

Caput albũ

rũ:nec noſtris minoribus:forma tamẽ diſſimilib⁹:tot⁹ is ſin⁹ Dargin:
& illa fere oĩs regio ĩdiga ẽ aquarũ:& ibi arida:& petrea tell⁹: & pau
lopoſt uaſtũ æquor:& aquarũ cõcurſus ĩgẽs:nec ſulcãt hoc mare niſi
ĩterdiu explorãtes cõtis ſcopulos:q ibi ſunt frequẽtiores:ob id quãdo
ꝙ obrutæ ſũt naues duæ ſec⁹ aridã hãc : & ſciẽdũ ꝙ dictũ caput de

Caput de chantin

Chãtin uerſus auſtrũ:& ſeptẽtrionẽ caput albũ reſpicit :& notãdũ ꝙ
poſt dictũ caput albũ ĩ mediterraneis ẽ loc⁹:quẽ hodenũ appellant

Hodenus

introrſus ſitus ad dietas ſex.& is locus nullo muro claudit̃.ſed ẽ diuer
ſoriũ Arabũ & ſtatio Camelloꝝ:quo appellũt Arabes & Dromedarii:

Dromedarii

quos uocãt Carauanas:quæ de Sambut ueniũt:& ẽt illac tranſeunt :
q ab nigritis proficiſcuntur & noſtras Barbarias inuiſunt.

De incolarũ Hodeni:Atambuti:& Azanegoꝝ moribus:
Deq; animalibus:quæ inibi uiſuntur. Cap.X.

Quibus uiuant ĩcolæ ĩ hac regione

CIus regiõis ĩcolæ uiuũt ordeo:& Cariotis :qbus ubertĩ abũ
dãt:alibi ẽt ĩ ſuis locis creſcũt prædicta:ſed peius: potus il
lis camellorũ:& aliorũ animaliũ lac.uino ꝓrſus carẽt:boues

Maumethẽ colunt

ſeminas habent:& capras.uerũ paucas:id efficit ſterile ſolũ &:herbidũ
minime:boues ſunt parui ſi noſtris cõferant̃:Maumethem colunt: &

Semper uagantur

odere chriſtianos plurimũ:nunq̃ qeſcunt:uagant̃ ſemp p deſerta . hi
nigritarum terras adeunt:& noſtras barbarias uiſunt frequẽtes ſunt:&
camellorũ copiã ĩgẽtiſſimã habent:qbus cõportãt æs:& argẽtum:&

Cui⁹ ſint coloris

alia q̃plurima:e barbariis noſtris in Atambut:& ad nigritas præfatos:
inde uero exportãt aurum.Idq; ad nos aduehunt:his eſt colos niger :
ueſtis alba laciniis rubicantibus:abſq; tunica interiore ueſtiuntur.eodẽ

Quomõ ueſtiantur

habitu & mulieres utunt̃ abſq; camiſiis ut præfertur: in capite more
maurico peplum gerunt quo circunuoluunt caput:in his arẽoſis locis

Quæ aĩalia

uiſuntur leones:& pardi:ſtrutiones quoq; quoꝝ oua ego comedi nõ in

Pactũ ĩfãtis principis cũ mercatoribus

ſuauiter.id eſt etiã ſciendũ ꝙ princeps infans Luſitanus prædictus in
hac inſula Dargin pactum fecit hoc modo ut nemo ſinum intret mer
caturus aliquid cum arabibus præter eos qui fœdus inierunt & di
ctam inſulam incolunt : & qui conuenerunt cum principe : in dicta

Quæ merces

inſula negotiatores aſſiduos fouent:qui comertia exercent cum Arabi
bus:qui hec maria mercium gratia frequentant . quiq; uarias merces
important.ut ſunt panni telæ argentum tapetes:& id genus alia: & in
primis triticum:quoniam fame prope iugi laborant:& cõmutant man
cipia cum noſtris mercibus : dant etiam aurum : qua de cauſa prin-

ceps infans illic oppidum erexit : ubi Fabri q̄plurimi degunt ut hæc comertia non deſinant:ſed perpetuo cōſeruentur:ob id propterea an nis ſingulis eo contendunt Luſitanæ Celoces:ideſt ad Dargin inſulā: ducunt etiam arabes equos pernices quos barbaros appellant:pro qui bus ab eis nigritarum ſeruos:& uernas accipiunt : nec minore precio eos uendunt equos q̄ decem:aut qndecim mancipiis : eo etiā uidelicet ad nigritas plura ex ſerico elaborata contextaq; Maurico more:argen tum & alia pleraq; comportant ex illiberi.i.ex granata hiſpaniarum di tionis:& Beticæ regionis:afferunt etiam plura ex Tuneto affricæ mi noris:quod Barbariæ regiam appellant:& pro his omnibus rurſus mā cipia : & auri copiam maximam cōſequuntur : hi ſerui primo appel lunt ſtationes hodeni: & inde ad montes barchæ illinc in ſiciliam de ueniunt:reſiduum uero uernarum ad inſulam Dargin ducunt : & Luſi tanis uendunt:illis inq̄:qui cum rege de mercimoniis conuenerunt : fitq; propterea ut Luſitani quottannis mancipiorum circiter mille ex Dargin aduehant ſecum:& id illis magnum comertium:nec hactenus niſi a diebus paucis inter eos comertia fiebant : nam prius Luſitani infenſi erant his arginenſibus:& eorum ſinum ternis uel quaternis na uibus infeſtabant:& aliquando noctu mediterranea deprædabant̃ : & uicos piſcatorum aggreſſi plura aſportabant : & gentis arabum ſexus utriuſq; q̄plurimos captiuos trahebant : qui tandem in Luſitaniam ducti ſub haſta ueniebant : pari modo alterum latus ultra caput al bum depredabantur uſq; ad flumen ſenegæ:Senega flumen eſt:quod Azenagos:a primo regno nigritarum diſterminat: Azenagi homines ſunt:qui inter nigrum:& ſubcineritium colorem ſunt dubii : incolunt quædam loca ultra caput album in latere illo : quod mox poſt caput prædictum decurrit & introrſus per deſerta plures ex Azenagis con termini ſunt arabibus hodeni:hi uiuunt ordeo: & Cariotis : & Cameli no lactæ:uerum quia proximiores ſunt Regno nigritarum : legumi nibus aluntur:pauci ſunt admodum cibi : adeo ut poline ordei : uel minimo pulmento totam diem alacres uiuant : efficit eos inediæ patiē tes annonæ caritas : hos aliquando captiuant Luſitani : uenduntq; pro mancipiis domi : preſtant hi ſeruitute uernas fere omnes : præ ſertim nigritas : ut cumq; ſit : ab annis paucis rediere noſtri Luſi tani ſecum in gratiam : & ab ui temperant omnes : & commer tia inter eos magna fiunt : nec patitur Princeps infans ut eis de

Illiberis ſi ue granata

Senega flu men

Qui cibi

cetero inferat iniuria: autumat eos ꝓpedies ſubituros chriſtianã legẽ: Nam in biuio: & ancipiti adhuc herent: utrum legi nr̃æ an Maumetha næ ſeruitutem exhibeant: nihilq̃ de lege huiuſmodi apud eos agitatũ erat: niſi azanegi eos edocuiſſent: & hi azanegi prauum morem ſeruant. Faſcia linea caput inuoluũt demiſſo ſindonis capite per frontem ita ut os totum cooperiat: pudet. n. eos oris eque: ac ĩguinis uel cunni os tectum ut rem pudendã circunferunt: argumento q̃ ueluti ſentina quæpiam halitum tetrum ſemper emittat: nec detegunt niſi ſumendi cibi gratia: Principes non habent: uerum locupletiores inter eos eminent: his obediunt: & obſequuntur: In uniuerſum pauperes ſunt mendaces: & ſupra q̃ referre poſſim proditores. Medie ſunt ſtature: capillum calamiſtro exornant ut alamani promittuntq̃ plurimum. Illudq̃ nigrum adipe piſcis inungunt: & olent peſſime quod apud eos uirtus & honos ducitur.

Habitus Azanegorũ

Pricipes nõ habent

De obeſis & præpinguibus mulieribus: & de permutãtibus ſal abſq̃ cõgreſſu: deq̃ imperio mellis: & de iis qui ſunt ſub ipſo æquatore.

Cap. XI.

MAgnifaciũt etiam hi populi præpingues: & obeſſas mulieres & imprimis proceriores mammas habentes: propterea ubi annum circiter ſeptimum & decimum attigere rumpuntur eis ui ab uiris mammæ fune per medium perinde ut fere ab pectore auulſæ penſiles remaneãt: cum uero ſemel pepererint longiores fiunt & uiſu fediores turpioreſq̃: neq̃ hi alios nouere chriſtianos: q̃ Luſitanos: qui annis circiter quattuordecĩ eis multas clades intulere: captiuos ducendo plurimos haſte demum ut mancipia eos ſubiicientes: ꝓ comperto etiã id habemus: q̃ ubi hi populi primo Liburnicas & alias id genus naues conſpexere in mari uelificantes antea illis incognitas: & inuiſas arbitrati ſunt Aues eſſe albis alis aera ſcindentes: e remotioribus partibus aduentauiſſe: Cum autem uela deprimerent: ut appellerent littus: credebant Piſces eſſe eminus uiſis nauibus: nonnulli cenſebant fore fantaſmata cum noctu ſulcarent maria: & erant he naues eis terriculamenta non mediocria ut pote quæ modo huc modo illuc diſtrahebantur inſtar fantaſmatis alicuius ui uentorum ducte uariiſq̃ in locis eis inferebantur damna ab nautis noctu ĩprimis: cum tamen inter ſe celoces abeſſent per miliaria prope centum prout conuenerat

Naues nũq̃ uiderant

inter naucleros:& ut uentorum ratio patiebatur huc:atq; illuc pulſæ:
ſicq; intra ſe rõcinabantur:ſi hi eſſent mortales homines:quo nam mo
do quirent tantum itineris nocte una metiri:quatũ nos: nec triduo ab
ſoluimus prorſus nauigatiõis expertes. Itaq; loco fantaſmatis apud eos
ducebamur:huius rei certiorem me fecere ex Luſitanis q̃plures:qui per
id tempus ea littora frequẽtabant cõmertii gratia: accepi etiam id ab
captiuis:qui fere per eadem tempora capti fuerant:ex his teſtatum fuit
nobis q̃ ſtupidi ad rerũ noſtrarum conſpectum fuerint: quando de no
bis talia ſtolide ſibi perſuadebant:ſupra etiã ſtationem Edon introrſus
ſex dierum itinere locus uiſitur:qui denominatur Tagaza: quod noſtri
interpraetantur auri ſarcinam:unde aduehitur ſalis petrei ingens copia.
Id aſportatur camelis arabum:& Azanegorũ uaria loca petentiũ: non
nulli Tabuto iter faciunt:& amelũ contendunt ditionis nigritarũ: quo
ubi applicuere mox ſal omne expediunt. utputa octauo die quicquid ad
uectũ eſt ſalis uenditur prope mitigallum. cc. uel. ccc. demum ſuas repe
tunt caſas auro onuſti:& id imprimis eſt ſciendum hoc regnum melis
caloribus infeſtari:ut fere quatrupedia omnia illic fatiſcant:cum nihil
pabuli:ibi pro quatrupede creſcat niſi peſtilens:fitq; propterea ut ex cẽ
tum camelis qui eo onera ferunt non redeant triginta domũ: hinc qua
drupes fere nullũ uidebis:ibi pereunt omnes æſtu nimio. Arabes etiã:
& Azanegi illic correpti morbo efflant animã:egritudinẽ parit torrens
ſidus:cui ſubſunt:ferunt etiam Tagazã:a Tambuto abeſſe itinere dieꝝ
quadraginta equitis unius:& inter Tambutã:& regnũ mellis iter trigin
ta dierũ intercedit:percunctatus ſum etiam hos quomodo mercatores
regni mellis tantũ ſalis cõſumant:referebant mellitæ nõnihil conſume
re in regno ſuo nigritarũ:quoniam uerſus meridiem poſiti: non longe
ab æquinoctiali ubi dies cum noctibus ſemper prope certant de pari:
longiuſculi tamen dies:quoniam illorũ Zenith de directo non ẽ ſub
æquinoctiali:non enim eſſent in meridie:ſunt itaq; ultra æquinoctialẽ
nonnihil. & ideo plus diei q̃ noctis habent:& ibi feruẽtiſſimus æſtus:
fitq; propterea ut ſtatis anni temporibus eorum ſanguis inficiatᷣ adeo
ut ni ſibi ſale mederentur protinus exuerent uitam. Modus medẽdi hic
eſt:ſalis modicũ aqua liquefactũ ſingulo die hauriunt:& hoc eis pro me
dicina:& remedio præſentaneo. reliquũ uero ſalis in glebas diminuunt
tantillas:ut uiri unius humeris ſingule ferri poſſint arte quadam ad id
nõ inepta uſq; ad regnũ mellis:quo cũ uenerit ſingulis camelis duas

Tagaza

Sal petreus

Vltra æqno ctialẽ hitari

Ingẽs calor

Medicina ſalis

ſalis glebas imponunt:& id quadrat oneri:uidelicet ut ſingulis camelis duæ ſalis glebe imponant:& poſtremo in regno mellis nigritæ:qui mauri nigri uulgo dicuntur:rurſus id onus ſalis capite portant:ut priui priuas glebas ferant:numeroſiores adeo ut prope ferentium uideatur iuſtus exercitus hominum peditũ:qui per uaſtum iter ſalem humeris cõuectãt:& hi pro leuamine laboris:& feſſorũ ſolatio:tridentibus qbuſdã utuntur humi infixis:quibus ſal feſſi imponũt tantiſper:donec uires reuocauerint:hoc modo ſal prædictũ aduehunt uſq; ad quoddã flumen:cuius naturam non ſum pcunctatus an ſalſum uel dulce eſſet:nec id abre dixerim:quoniã æquor credit a multis:& his nigritis opepræcium ẽ ſic ſalẽ ſuũ cõducere:quoniã quatrupedibus fere omnibus carent: id ſoli efficit iniqtas: quod aut parum fert herbæ:aut ſi fert:id totum eſt peſtilens ut præfeci:hinc non difficulter colligimus:q̃ frequentiore hominum uehentiũ ſalem cetu ſit opus:cum tantum ſalis conſumãt cũ uero applicuerint ad id flumen:quod Mare prope creditur:qui ſalem detulerunt ſinguli ſingulos ex ſuo ſale monticulos erigunt:& ita diſponũt ut alter alteri ſuccedat continenter recto tramite:& unus quiſq; quopiam ſigno ſuũ aceruũ inſignit:& demũ recedunt omnes itinere mediæ diei. ubi igit receſſere aduentant alii nigrite:qui cognoſci nolunt: neq; aliorum colloquia admittunt:& accedũt cum ſuis Liburnicis: ac nauibus grandioribus ab inſulis quibuſdã & littus appellunt:uiſoq; ſale:pondus quoddam auri prope aceruũ ſalis ponunt:prout ſibi cõgruere cõmertio uidetur:nec ab æquitate abſonum:& mox recedunt ſalem:& aurũ relinquentes:Nigritæ uero:qui itinere mediæ diei ſeceſſerãt:rurſus redeũt & unus quiſq; ſuũ aceruũ uiſit:& ubi aurũ dimiſſum placuerit auferunt: ſalem relinquẽtes:& abeũt nõ reuerſuri. Si uero conditio auri relicti nõ placuit:utrunq; dimittũt:uidelicet aurũ & ſalẽ: & iterũ abeũt ĩfra prædictum tẽpus reuerſuri:at nigritæ qui cognoſci nolũt:rurſus accedunt & eos aceruos ab quibus ſublatũ aurum uiderint auferunt:aut eis quibus adhuc relictũ ẽ aurum addunt nõnihil auri:uel ſuum aurum(ſi ultra addere non libet)aſportant:ſale relicto:& hoc modo ſua cõmertia exercẽt:ut alter alterũ nõ uideat uetere ĩſtituto: & licet id forte ab fide deuiet:ut pote nõ credẽdum:illud tamen pro cõperto hẽmus:quoniam ab fide dignis eſt acceptum:ab negociatoribus imprimis.

Quatrupedibus carent

Cõmutatio ſalis & Auri nõ uiſis commutantibus

Cap. XII.

## Quomodo ĩpator negociatorẽ quẽdã cognoſcere uoluit.

NOueritis igitur me aliquando negociatores Nigritas Regni
mellis pcunctatum fuiſſe talia: cur Princeps eorũ qui & diui
tiis & Regno pollet plurimum: nõ nauaſſet opam ui uel amo
re: ut tandẽ aliquando ſciret: quæ nã gens eſſet: quæ hoium forma: qđ
idioma: qui mores forẽt illorum: qui cognoſci nolebãt: id habui pro re
ſponſo: Principem ſuum iãpridem hoc expertum fuiſſe: ut cognoſceret
hos Nigritas: & excogitauiſſe talia ut hos caperet adſeuerabant. ipſum
uidelicet habito cõſilio tempus aduentus prædictoꝝ obſeruauiſſe: quo
cõſueuerant cõmertii cauſa accedere ad littus: & per nõnullos dies præ
ueniſſe eoꝝ aduentũ diſpoſitis inſidiis hoc modo: iuſſit nõnullis e ſuis
priuſq̃ mercatores qui carauanã ducunt aduentarent: ad id loci accede
rent ubi ſalis: & auri permutatio fiebat. & effoſa humo caueas ſtruerent
in quibus ad tempus tãdiu deliteſcerent: donec ex nigritis: qui cogno
ſci nolunt: aliq aduenirent aurum depoſituri pro ſale: & demũ erũperẽt
impetũ facientes ĩ eos tres uel quattuor caperent: adſeruarentq; diligẽ
tiſſime: & ad principem ducerent Regni mellis: & ut paucis expediam:
ſucceſſit principi ut diſpoſuerat: cepere quattuor: reliqui fuga ſibi con
ſuluere: & ex his quos ceperant: tres miſſos fecerunt: rati ſatis ac ſuper
fore ſi unus ad Principẽ duceret̃ gratia gentis cognoſcendæ: ne nigri
tæ indignabundi ſuccẽſerent & tẽperarent demũ a comertiis: capto ita
q; nigrita: ac aducto ad principẽ: adhibiti fuere q̃plurimi uaria idioma
ta callẽtes: alii alia lingua captũ ĩterrogãtes ut eius lĩguã explorarẽt: Is
uero captus ad oẽm ſermonẽ cõticuit: & nuſq̃ eſt locutus: nec cibũ ſum
pſit unq̃: triduo ſolũ uixit: quæ res: regni mellis nigritas in eã opinionẽ
adduxit: ut credant eos populos uſu loquẽdi carere: & ſuapte natura mu
tos eſſe: alii rent̃ id eueniſſe ex ĩdignatiõe: ꝙ uidelicet ꝓditi fuiſſent: re
tulere hæc prĩcipi ægre ferẽtes: ꝙ nequiſſent prĩcipis deſiderio ſacere ſa
tis: aĩo iniquo tulit prĩceps: & enixe auideq; pcunctatus ẽ ſuos: quæ ho
minũ forma eſſet: reſpõſum ẽ illi uiros eſſe nigerrimos: & ꝓceros adeo
ut ſuã ſtaturã plus palmo excederent: & inter cætera referebant eos la
brum ĩferius promiſſũ ad pectus uſq; hẽre: rubrũ. & introrſus exulcera
tũ perinde: ut ſanguis exeat: ſuperius uero puum inſtar noſtri: fiebatq;
ppea ut dentes omnes apperent: quos habent nr̃is grãdiores: duos ẽt ha
bent hinc: & hinc reliquis eminentiores: lumina uero ꝓminentiora ea-

Nigritarum forma qui co
gnoſci noluẽ

demq; nigra torui aſpectus admodum: ferunt etiam gingiuas ut labrũ
ſanguinẽ emitteret ſemper: his uiſis principes reliquos pœnituit facti
huius: nec deinceps gentem huiuſmodi iſeſtarũt quoniã ob unius mor
tẽ: reliqui deſiere mercari triennio: quod cedebat i damnũ eorum. Nos
autẽ cenſuimus eis ſic labra putrefieri ob ardorem torridæ plagæ: & cũ
ſale ſibi medeant̃ nequiuere diutius ſuſtinere: quin rurſus ad inſtitutũ
uetus redirent. cũ ſale carere nõ poſſent: igitur rediere elapſo triennio
& ex noſtris incõmodis: & egritudinibus metimur ſuas infirmitates: nec
noſter Princeps magniſacit loquant̃ uel ne: mõ emolumentum ab his
ſentiat. Id eſt totum quod a multis accepi eius regionis incolis. & quo-
niam plures hoc adſeuerant non difficulter adduci poſſumus ut multis
credamus. Ego quidem quãtum in me eſt: hæc & alia non impoſſibilia
credere uolo: cum ex uſu multarum rerum plura didicerim. Id igit̃ au
rum aduehit̃ in urbẽ Mellis. & ibi tripartitur: partem primã qui Cara
uanam ducunt: iter per regnum Mellis agentes Cochium uerſus Siriã
ferunt: duas uero partes reſiduas Carauana ex Melle aduehunt Atãbu
tum. & ibi rurſus diuiditur: partem ducunt ad eum locum: qui dicitur
Ato: & inde tunetum africæ minoris: quod eſt Barbariæ caput: & regia
per ſuperius latus ad oceanum: aliam uero partem deferunt ad illũ lo
cũ qui dicit̃ hodenũ ut ſupra memorauimus: & illinc ad hona: & portũ
Orarani: qui dicitur a Barbaris Marſacubi: a latinis portus magnus: lo
ca ſunt barbariæ in Mauritania non longe a Gadibus e regiõe illiberis.
ideſt Granate aduehunt: & aurum a fezes: & amarum: & choos: & argis:
& Azafi: & ameſa loca Barbariæ extima ideſt extra fretũ herculeũ: Illo
cõtendũt chriſtiani præſertim Italiæ empturi aurum multiiugas mer
ces aduehẽtes. Et ut eo regrediar unde ſum digreſſus: aurũ prædictum
quod aduehunt ab dictis Azanegis ſiue ſubcineritiis cunctis mercibus
præſtat: quoniã illud aurum aduehit̃ hodenum ut præfeci ad littus ma
ris cõportant: & ibi Hiſpanis uẽdunt noſtris. propterea hiſpani frequẽ
tant inſulam Dargin: & ibi fere iugiter habitãt commertii cauſa: apud
Pecunia nulla — hos ſubcineritios populos non ſignatur aurum: neq; argentum: neq; cu
ditur aliqua moneta: ſed res permutant: ac alteram pro altera ſuſci-
piunt: dantq; uiciſſim: & hoc modo uitam ducunt. accepi tamen ab nõ
nullis introrſus apud Azaneghos & Arabes eam monetam: quam
Luſitani expendunt eſſe in uſu monetã appellant mitigal: ualoris unius
numi aurei.

## Cap.XIII.

### Viri honorabiles:ac diuites:& ibi mulieres:& arma

QVi hæc deſerta incolunt.hi Regem non habent naturalẽ :deferunt tamẽ plus honoris:ac reuerẽtiæ uni q̃ alteri:colũt præſertim locupletiores:& hi maiores hẽnt fauiſores:ut etiã uſu apud nos euenit pluribus in locis:& licet diuites ſint:maiorq; ad eos hominum frequentia palpi & aſſentatiõis: ut aſſolet:gratia eat.Nõ ſunt tamen principes:mulieres ibi ſubcineritiæ:ueſte cotonina utuntur:id genus ueſtis mittunt nigritæ.Veſtes ẽt habẽt quaſdã quarũ in ſupioribus iã meminimus Alchizel appellãt:tunicis interioribus.i.camiſiis nõ utũtur:armorũ genus apud eos hoc ẽ:non eni habẽt arma quæ ad defenſionẽ induant ut nos thoracẽ:& loricã:quoniam nullo alio euitant:ac propulſant uim illatã:q̃ clipeo:haſtas igit̃ hẽnt longiuſculas eaſdemq; leuiſſimas:& tela:nõ tamẽ ut noſtra uibrant :equis inſident ut mauri:ſed non multos fert regio deſerta:quoniã herbidi ſoli nõ eſt:nequeũt ppea multos equos alere.ſit etiã ut iniuria candentis ſideris ideſt flagrãtis ſolis:ut ꝓpe ſit exuſta:aquarũ ẽ indiga:inde proueniũt tot incõmoda:uidelicet ſterilitas fere rerũ oĩum:ibi tantũ ternis pluit mẽſibus:uidelicet Auguſto:Septẽbri & octobri.In eiſdẽ ẽt regiõib⁹ ĩnumeroſiſſimã locuſtarũ multitudinẽ aera uidimus inumbrãtẽ.nã fere ſingulis triẽniis aduentãt:& cœlũ obſcurãt:cateruatimq; uolitãt : & ubi terras cooperuerint corrodũt fere oĩa adeoq; ſũt freqũetes ut ſpacio miliariũ.xii.cælũ inumbrẽt:rubent:& maiores ſunt caualetis:nõ apparẽt niſi triennio uel quattriẽnio ſemel:quæ ſi quottãis aduenirẽt corroſa:ac deſerta iã forẽt oĩa: ego aliquãdo eas uidi cateruatĩ ſupra mare uolitare numerus erat ꝓpe infinitus.

Locupletiores loco regum colunt

Quæ arma habeant

Candens ſidus

Hic ternis tãtum pluit menſibus

Mira de locuſtis

## Cap.XIIII.

### De ſinu ſenegæ diſterminãte arenoſas terras ab feracibus.

POſtq̃ dictũ caput albũ preteriuimus illud ſemp cõtuẽtes:noſtro itiner̃ puenimus ad flumẽ:qđ ſinũ ſenegæ appellãt : illud enĩ ẽ præcipuũ flumẽ regionis nigritarũ ĩtrorſus p hoc latus. diſterminat itaq; flumẽ prædictum nigritas ab uiris ſubcineritiis dictis Azanegis:ſeparat ẽt aridã:& ſterilẽ tellurem:hoc eſt deſertum :ab irriguo:& feraci terra nigritarũ:qđ qdẽ flumen patentioris eſt aluei oſtiũq;

Senegæ ſin⁹

habet ſpacio unius miliarii:altiſſimum eſt:& rurſus aliud oſtium:& de inum efficit in umbilico inſulam:& deniq oſtiis duob⁹ exonerat in mare:tunc uidebis breuia ut in ſirtibus harenis obductis quæ abacos:& ſcamna preſentāt introrſus mare ad miliare:ſingulis ſex horis creſcit:& decreſcit inſtar flantis:& reflantis oceani:& ubi reuomit aquas tāta ui immittitᷣ ut flumen retroagat ad ſexaginta miliaria:ut retulerunt Luſitani qui id corā conſpexere aliquando flumen īgreſſi:at ſi qui dictum flumen ingredi uoluerint eis opepræcium eſt cauere a breuiis:& harenis obductis:ne īmergantᷣ:quoniam præbēt ſpeciem ſolidæ telluris:& tamen tactæ fatiſcunt:& in uagam harenam dilabuntᷣ:id etiam eſt notādum dictum caput albū abeſſe ab hoc flumine miliariis fere.ccc.lxxx.& totum littus arenoſum cernitur uſq ad oſtia fluminis introrſus per miliaria uiginti:& appellatᷣ latus de ante tota ditionis Azanegoꝝ populoꝝ ſubcineritii coloris.Id ante oīa miratu dignū eſt:ꝙ trans flumē me moratū hoīes ſunt nigerrimi:& ꝓceræ ſtaturæ ac habiliſſimi corporis:& oīs illic regio uiret:ac uernat pomiferis arboribus referta:at citra fluuiū cōtrarias uices cernes uidelicet hoīes ſubcineritii coloris:ſtaturæ cōtractioris:hoc flumē ferunt ab nilo deriuari:e quattuor præſtātioribus fluuiis uno:eoſdē uices hēt cū nilo:ut ille ægiptum:ita hic Ethiopiā reddit irriguā.Nam nilus Babiloniā præterfluuens totā egiptū madefacit:hoc flumē alios amnes emittit:& præſertī eū quē ſenege appellant:& magna ſunt flumina:totum latus Ethiopiæ irrigant:cuius tamen latius in ſequentibus meminiſſe eſt animus:huius etiam comminenit Plinius libro quinto naturalis hiſtoriæ:

De fluxu & refluxu oceani

Mař regerit aquas fluminis ad .M.lx.

Miratu dignum

Senega ūde deriuetur

Adſtipulatᷣ plini⁹ ſenior

Cap.XV.

Qui princeps ad latus capitis uiridis regnent.

Regio hoꝝ nigritaꝝ:q primo loco regnū ſenegæ obtinent hi ſunt in ītroitu regni Ethiopiæ:& oīs terra dicitᷣ īferior uulgo dicta terra baſſa:cōplures populi accolūt prædictū fluuiū:uocantᷣ Zilophi:& ulterius p ſpaciū īmēſū oīs regio dicitᷣ terra baſſa uſq achiaridā:& trāſflumē ſi tamē caput uiride excipias:ubi tellus ē eminentior q̄ ī toto laterᷣ ad miliaria fere.cccc.ultra dictū caput uiride:citra uero p miliaria fere cētū oīs terra eſt littus patēs:depræſſius tamē:noueritis ēt hūc regē ſenegæ cū illic agerē appellatū fuiſſe noīe Zuchali.Ibi

Ethiopia inferior

zuchalis rex ſenege

enim multiplices ſunt pricipes: nos regulos nuncupamus: qui aliquãdo zelotipia regni conſpirant: & regem: quem libuerit præficiunt clarum tamen ſtirpe: & eum præcario dominari uolunt. nam cum eis nõ eſt cõplacitũ exauctoratũ e regia ſede detrudunt: nonnunq̃ Rex huiuſmodi effectus potentior exurgit in electores: & inuicem digladiantur: nõ eſt tamen firmũ regnũ neq; pennat ut in ſyria ſoldanus: nam aſſidua expectatiõe pendent ne regno priuent̃: lis eſt tamẽ de paupe regno. Inopes ſunt admodum fere omnes: qbus reges dominant̃: nullas urbes habent: Ruſcula uero: & mapalia citius q̃ domos: quandoquidem calcem non habent: qua parietes ferruminentur: carent lapidibus: & anguſta eſt regio: utpote: quæ a latere Miliaria .cc. non excedit: mare autẽ introrſus tantundem ut mihi relatum eſt: latitudine etiam uix dictam menſuram excedit. Rex igit̃ eorum redditus nõ habet annuos: uerum tributa pendunt reguli illi quotannis: efficit hoc metus. ne indignationẽ Regis incurrant: donant regem equis: qui illic magnipenduntur ob raritatem: carent etiam phaleris: & omnibus equorum inſtratis. Rex etiam donat̃ quatrupedibus aliis bob⁹ feminis: capris: & legumine multiplici: his uictitat rex eorum: adiicit tamen ipſe ad hæc multa: deprædatur cõplures: ſurripit mancipia conterminis ui uel amore: ſibi uictum parat: Mancipia uero nõnulla culturæ addicit: alia exponit mercatoribus Azanengis uenalia: qui eo cõtendũt cauſa cõmercii: equos præſertim adducũt: uendunt etiam chriſtianis: poſtq̃ conſuetudinem habent cum nigritis: huic regi licet tot ducere uxores: quot uoluerit. Itidẽ regulis licet: & indigenis oĩbus: modo alere queant: nulla lex matrimonium multiplex ꝓhibet. Rex uero ſupra. xxx. uxores ſemper habet: plus tamẽ unã: q̃ alterã caripendit. In his tamen ratio ſtirpis habetur maxime: quoniã quæ loco præclaro ſunt ortæ præſtãt cæteris. Rex itaq; hanc uiuendi conſuetudinẽ ſeruat: uxores ſuas ruri alit: & adſeruat hoc modo: nam ſingulis coniugibus agros: & latifundia armẽtaq; impartitur pro eaꝝ uictu: mãcipia ẽt & ancillas elargitur eis. Mancipia agros colunt: & alia nauant q̃ ad rẽ familiarẽ ſpectant: hẽnt boues tam mares: q̃ fœminas: quibus arãt tellurem. cũ uero uſu uenerit ut Rex rus concedat diuertit ꝑ arbitratu ad quãcunq; libuerit: ſingulæ uero terna uel quaterna obſonia deferũt adeo ut ipſe Rex & omnes aulici qui cum eo ꝓficiſcuntur uiuant dictarum regis uxorũ expenſis. nã uidebis ſingulo mane innumera mãcipia dapes multiiugas ferentia ad Principem: quæ omnia condo adſeruãda

Præcario eorũ rex dominatur

Lis ẽ de paupe regno

Pro domib⁹ ſubeunt mapalia

Multiplex coniugium

Innumera fercula

Condus
Promus
Parochus

dantˀ:condus uero promo:hic uero parocho per gradus ſubminiſtrat
perinde ut paruo temporis interuallo prope dapes innumeræ aduehan
tur:cum autē cōplacitum regi fuerit diſcumbere ſeligit ex his obſoniis:
quæ uoluerit:reliquū tribuit aulicis:uerū uix unq̄ eximūt edendi amorē:
eſuriunt ſemper:& nunq̄ ſaturi modo huc:modo illuc regem ſequuntˀ
aliena ſemper impenſa:nec quicq̄ penſi hēt Rex quibus ſumptibus : &
ſe:& ſuos alat:huius rei cura ſpectat ad alios cum uxoribus uices alter
nat:modo hanc modo illam comprimit.hinc natoꝝ infinitus porope nu
merus:quoniā ubi a ſe compræſſā mulierē prægnantem ſenſerit aliam
aggreditur:hunc etiam morem & reguli ſeruant.

## Cap.XVI.

### Nigritarum habitus:& fides.

Leucoethiopes

MAumethē primi nigritæ colūt:nō tamen adhuc ꝑtinaces ſunt
in ea fide ut leuco Ethiopes:quos Mauros albos appellāt:præ
ſertim gregarii.pricipes uero tenacius colūt maumethē:quip
pe qui ſentiunt cum ſacerdotibus azanegis & arabibus:qui principes le
gem huiuſmodi docent:& his argumētis perſuadent eis legem colēdā:
quod uidelicet ſit abſonum:nec principis ordini cōſentaneū:ut cū uul
go imperitiore nullū deū colant:ſitq; ꝓpea ut non difficulter principes
adducantˀ ut credant maumethi:quoniā aliorū gētiū cōſuetudinem ne
ſciūt:ſacerdotes tantū:ut præfecimus:azanēgos:& Arabes nouere fidei
magiſtros maumethanæ:ubi uero cepere uerſari cum chriſtianis:& no
ſtram fidē ab noſtris ſanctiorē extolli:& predicari eximie audiuere : mi
nus maumethi credunt : noſtris oblectantur moribus : & arguūt fidem
noſtram eſſe ſanctiorem : & meliorem ob id quod ſumus ditiores : ac
locupletiores illis exemplum ſumunt ab his mortalibus ad æterna :
addentes nos ſummopere ab noſtro Deo amari. argumento q̄ tot di-
uitias largitˀ ſuis:eoſq; tot animi:ac corporis dotibus honeſtat :nec poſ
ſe legem huiuſmodi:niſi ab bono conditore ꝓficiſci:nihilminus legem
ſuā nō deſerunt:licet:& noſtram probēt:aiuntq; in utraq; lege utriq; lo

Nigritarum habitus

cū eē ſalutis:habitus iſtoꝝ talis ē:nudi ꝓpe icedūt:niſi q̄ ꝑ ſubligacu
lis corio caprino utuntˀ:hoc pudēda cooperiunt:at Principes:& locuple
tiores oēs camiſiis cotoneis utuntur:quoniam regio pannis huiuſmodi

abundat:& ex filis mulieꝝ pēſa fiūt:nā filū nent & pannū largiorem palmis binis efficiūt:non fiūt ibi largiores panni:quoniā pectines non habent maiores:q̄bus texere queant. Inſuunt ꝓpterea ternas uel quaternas telas ſimul:& tunicas conficiunt largas q̄dem:ſed genua non attingentes:uixq; media tegunt brachia:femoralia ēt cotonina faciūt: nos brachas appellamus ſiue ſubligacula oblonga adeo ut tunicā talarē credas. Is habitus eſt latiſſimus perinde ut ora eius pateat circuitu palmoꝝ xxx. uel. xl. & ubi ueſtē ſubcingunt innumeras plicas efficiūt ob longitudinē:ac latitudinē habitus. nam ſinuat inſtar ſagi præcincti aduerſe: & auerſe. i. retro & ante:terrā uerrūt ueſte:& cum ſit res ridicula admodū ipſi tamen rem putant honorificentiſſimā:uaricus incedunt. i. diuaricatis cruribus inſtar micturientiū mulierū:pcunctabant̄ quandoq; nos ipſi an uidiſſemus unq̄ honorabiliorē habitum:quippe q̄ decentiorē in uiris non credunt:Mulieres partem corporis ſuperiorem. i. a capite uſq; ad cincturā nudā circunferunt:inferiorē uero ſindone uſq; ad crura media cooperiūt:pedibus ambulāt nudis:is mos eſt:& uiris:& mulieribus tam coniugatis:q̄ nubilibus: aperto capite incedunt:torquē ex capillis agunt:& eo exornant̄ uiri æque:ac feminæ:uiri etiam pleraq; puellaria penſa exercent. nent enim:& pannos compurgāt aqua. Ibi ſemper calores eximii nec unq̄ magis algent (uel bruma):q̄ nos aprili menſe.

Habit⁹ mulierum

Viri ēt fœminea exercēt officia

## Cap. XVII.

### Viri habitu elegantes ſed uictu immundi.

HVius plagæ homines corpora eleganter curant:nam ter uel quatter ſingulo die aqua immerſi lauantur :ut pote qui balneis oblectantur plurimum:uerum in culinis adeo immundi :ac turpes ut dum eorum concinnant obſonia:& dapes ſtomachum ſuſcitent:& nauſeam:& earum preſertim rerum quarum prorſus ſunt expertes:non ſolum ſunt ſimplices:uerum etiam ſtolidi:contra: in illis rebus quas ex frequentiore uſu nouere ut nos ſunt accuratiſſimi:loquaces ſūt admodum:adeo ut uix unq̄ deſinant nugari ante omnia mendaces:ac fallaces:alioquin hoſpitales:quippe qui biduo:ac triduo domi ſua impenſa hoſpitem libenter alunt.

## Cap. XVIII.

Quomodo inter ſe concertent Principes nigritæ & regni Gambe:

PRincipes nigritæ ſæpenumero inuicem digladiantur: pedites bella cõficiunt: quoniã eqs carent ob iniqtatẽ ſoli. nã ob æſtus ꝓpe diuturnos uix ibi herba creſcit: qua alant̃ eq: loricas: nec thoraces habent: quibus ueſtiant̃ ad bella: eis prorſus carent: uerum clipeos: & ſcuta fere omne genus habent: ut uero hoſtem feriant telis utũtur qbuſdam quæ iaciũt ueloci dexteritate: nam id præſertim callẽt: uidelicet uibrare haſtas: & iacere tela: his adfigit̃ accuminatum ferrum ad palmi menſuram: & mira arte fabrefactum perinde ut cum quempiam ſauciauerit uix extrahi queat ni carnes lancinent̃: & atrociter cõcerpant̃ ferro reluctãte ex oppoſito: ut apud nos ſagitaꝶ ſunt quædam genera: ferunt ẽt enſes & ſiccas quaſdam more maurico obliquas: fiunt ex ferro abſqꝫ calibe: quoniam in regione gambe nigritaꝶ ulteriore calibem nõ habent: & ſi forte habent: id metallum tamen effodere neſciunt: in bello etiam haſtis quibuſdam utunt̃ quæ lanceas preſentant: alia arma nõ habent: bella illoꝶ ſunt atrociſſima: quoniam diloricati ut præfecimus prælíant̃: hic maxima hominum ſtrages: audaces ſunt maxime: ut pote q ultro ſeſe ꝑiculis obiectãt: malũtqꝫ ĩ bello oppetere: q̃ terga dare: licet fuga ſibi cõſulere queãt: nec eos ꝑterrefacit socioꝶ clades: imo atrociores reddũt̃: mortẽ cõtẽnẽtes: adeo aſſueuere præliis: ac bellis: & cladibus innumeris.

Quibus armis dimicẽt

Vncinatum ferrum

Calibẽ non habent

Mortis cõtẽtores

## Cap. XVIIII.

De eo quod natant eximie: & de regno Senegæ.

NI naues nõ habẽt qbus maria tranent: nec eas uidere ab orbe cõdito: niſi poſtq̃ Luſitani illo ſunt ꝓfecti: accolæ uero fluminis utunt̃ cimbis qbuſdã: quæ humeris triũ hominũ deferri poſſẽt: his piſcant̃: & traiecto fluuio uaria loca petũt: ſunt ẽt iſti nigritæ natatores acerrimi: ꝓut ex uſu didici: & accepi ab nõnullis: q ex lectiõe multiplici id didicere: regnũ ſenege nigritaꝶ ĩtrorſus oriẽtẽ uerſus cõterminũ ẽ regiõi dictæ Tuchmore: at uerſus meridiẽ regnũ Gãbæ cõtigit: ad occidentem uero reſpicit oceanum. uerſus autem ſeptẽtrionẽ nigro fluuio clauditur: qui ut diximus ſubcineritios populos diſterminat: a primis nigritis: & id flumen prius per annos circiter quinqꝫ q̃ ego eo concederem: Luſitani nautæ iam explorauerant: qui quidem Luſitani cum nigritis pacem iniere: & fœdus maximum: adeo ut

Natatores ſũt acerrimi

deinceps magna inuicē exerceāt cōmertia: frequentarūt ꝑpea regionem buiuſmodi annis ſingulis naues uſqꝫ ad meum aduentum.

## Cap. XX.

### Quas merces Aloi. Cadamuſtus ꝑmutauerit cum Principe Budomeli ſenegæ.

Traieci dictum flumen celoce mea: & tantiſp nauigaui donec deueni ad regionem quæ dicitur Budomel: & is eſt pricipum titulus: & dicit terra de Budomel. ſicuti nos appellamus prici pum uel comitum regiones uario nomine. cum igitur ad id loci pueni imoratus ſum illic nōnihil: quoniā idioma hui⁹ pricipis callebam: & ad id adducebar nō difficulter: quoniā audiuerā hunc pricipem eſſe cādi diſſimæ fidei: & nemini imponere: magnæqꝫ ꝓbitatis uiꝝ fore: pinde ut tuto merces ad tempus huic uendi poſſent: nā ad præſcripta tpa ad un guem fidem ſeruare aiebant icōcuſſā. Cum igit mecum adduxiſſem nō nullos equos: q illic præcii erāt nō cōtemnendi: licet plæraſqꝫ res alias detuliſſem ut ſūt ex lana pāni: & ex ſerico ſindōes more maurico: & alia qplurima. decreui itaqꝫ apud pricipem efficere ut eum locum adirem: quem ad palmas dicunt: ditiōis pricipis de Budomel: ubi nō port⁹: ſed ſtatio uiſit: quo cum ueni reddidi certiorem principem aduentus mei itemuntio nigrita meo mancipio: iuſſiqꝫ ut meo noie illi oia mea offerret: & equos iprimis: qbus ſciebam pricipem delectari plurimum: ut er go paucis expediam priceps memoratus certior iam factus reꝝ meaꝝ it ad nos eqs. xv. ac peditib⁹. cl. comitatus: meqꝫ cōmoneſecit an liberet terram appellere uidendi principis gratia: addebatqꝫ me minime luſurū operam: nec me unq̄ pœniturum laboris ſuſcepti: gratū animum: eun demqꝫ liberalem principem gerere: quibus adductus littori applicui: & uiſi principem: nec uidiſſe pœnituit: nam facta non diſſimilia uerbis fuere: excepit me honorificentiſſime: poſt multa: equos emit meos: & qcqd abſme deſiderabat: mox eſt cōſecutus: ſidi illi īgenue: rogauit me ꝑpea ut ſecū irē in regiā ſuā: quæ introrſus eſt ad miliaria. ccl. polliceba tur eni inibi ſe equoꝝ præciū pſolutuꝝ hortatuſqꝫ eſt enixe ut dies ali quot præſtolarer: quoniā iternegociādū cōuenerat iter nos ut cētū mā cipia ꝓ mercib⁹ daret: abduxit itaqꝫ equos cum phaleris: & alio ornatu:

Budomel

Nemini impōit hic pri ceps

Princīpē ui xit

merceq; plurimā: quæ oia emeram ego nō pluris q̄. ccc. aureis. decreui igitur ſecum ire: nec prius abiui: q̄ ab eo perpulcri adoleſcentula dona tus fueri: Nigra quidē erat uerū formoſa: & annū nō excedebat duodeci mū: uoluit eſſe cubili meo addictā uſq;quaq; : ſuſcepi puellā libēs & ad nauem ducendam uni e meis tradidi. iui igitur cum principe percupi dus nouas res: & uidere & audire: ſolicitabarq; nō minus hoc deſiderio: q̄ pecuniarum exigendarum ſtudio uel amore.

## Cap. XXI.

Quomodo Aloi. Cadamuſtus conceſſit cum principe eo loci qui dicitur Budomel in mediterranea.

Contendi igit̄ Budomelū regiā pricipis locum mediterraneū prius eqs: ac neceſſariis ad uiaticum ab pricipe acceptis: & ubi ad quartum lapidē ꝑpe regiā pricipis deuenimus: cōmēdauit me nepoti ſuo cuidā eius ruris domino quo iā deueneramus: nomē huic erat Biſboror: & is nepos ſuus me domi excepit honorifice: & ibi. xxviii. diebus ſteti mēſe nouēbri: & dum illic ago: ſepenumero eo ad principē de Budomel nepote comite. Interea plura memoratu digna uidi mores regiōis cōcernentia. ut ēt hæc attētius uiderim id effecit: q̄ ad flumen ſe negæ ubi mei me operiebant̄ terreſtri itinere ſū regreſſus. Nā undabū do mari fidere nolui: quoniā p id tēpus admodū ſeuiebat: adeo ut ad ce loces meas prius redire nequerim: q̄ naues fluminis littori applicuerit: & dū certiores meos reddere ſtudeo: natatorē quæro q nando lr̄as ferat: quibus meis nautis cōpertū fiat me nō poſſe aliter claſſem repetere ni pri⁹ ipi naues ad flumē dirigāt: ob ꝑcelloſū mare: ſcirēt ppea me uſq; ad id loci terreſtri itiere cōtēdere: qro igit̄ ab icolis an qſpiā natator ad ſit: q uice ueredarii fūgi uelit: qq; calleat artē nandi: & ad meos ire non formidet itrorſus mare ad tria miliaria: Mox ſeſe multi ultro offerunt id nauaturos: uer; qa æquor icredibili feruore cōcitatū erat: uix mihi ꝑ ſuadebā hoiem hmōi nādo id cōſeq unq̄ poſſe: & eo minus adducebar ut crederē: quo breuia inumera conſpiciebā ꝑpe littus iactu arcus. hi ſunt arenæ aceruí: qui ubi onera ſentiūt quæpiā: mox euaneſcūt: & na ues uorticibus obruunt̄. cū uero ſupra aquā eminēt uident̄ Abaci uel ſcamna: quibus ſi inſederis illico rues: & inter hæc breuia feruet Mare

Biſboror

Breuia unda bundi maris

atrocius utpote coartatū:nihilq̧ adminiculi ibi cōperies quo innixus ui res laſſas foueas:timebā igit̄ illis ne ab ꝓfluente peſſundarent̄:ut cūq̧ fuerit nigritæ duo adfuere nauaturi qđ petæbā:quero quā ꝑ labore tanto mercedem cupiant:reſpōdent maiulias duas ex ſtagno ꝑ uno quoq̧ petere:quattuor .n.huiuſmodi maiulie numū nr̄um aureum efficiunt. Acceptis igitur litteris ſe mari iactabundo credidere:horreſco referens quas difficultates ſubierint hi natatores dum ſupare breuia cōtendunt ꝑinde ut crediderimus aliquando eos ſūmerſos.nā urinabant ſub aqua ſpacio horæ nec uidebant̄.Tandem alter illoꝝ ceſſit uiribus undabūdi maris:nec ſeuientes undas domare potuit:rediit ergo uoti impotens:alter uero maioꝝ uiriū compeſcuit rabiem maris:& ad claſſem peruenit: reſponſūq̧ retulit:qđ factū uiſum ē mihi fere īpoſſibile.hæc itaq̧ ſumma eſt hos nigritas uidelicet nando fere oībus mortalibus præſtare:quæ uero uiderim dum agerē apud hunc principem hæc ſunt.primo nolim credas ibi eē urbes:neq̧ oppida:licet dicant̄ prīcipes ut præfeci.nā illorū rex rura tantū:& mapalia poſſidet:& is prīceps quo cū egi plura partē regni eius tenet:quæ res eſt parui momēti:nec principes habent̄:qa ditiores numis uel theſauro aliquo īueniant̄ : nō enī in præcio eſt auꝝ: præſertim moneta quæ nulla eſt apud illos:ſed obſequio:& fide præſtāt noſtris prīcipibus:mira ē obedientia quā exhibēt principibus ſubditi.

Mira de natatoribus

Neq̧ urbes neq̧ oppida hic ſūt licet ſint prīcipes

## Cap.XXII.
### Mapalia:& rura Budomel:& mulieres.

UT nihil prætermittamus dignū ſcitu:noueritis hunc principem ſemp eſſe errabundo non abſimilem:quieſcit fere nunq̄: modo huc modo illuc cōtendit:& eo præſertim ubi ſunt ſuæ coniuges. nam ut retulimus Mapalia:& ruſcula habent ubi multiplices adſeruant̄ cōiuges:& id rus quo ego iui domus principis nuncupatur : ibi uidebis circiter.xl.uel.l.humiles caſas conſertas paleis ideſt mapalia ī ordine cōtinēterq̧ diſpoſitas:ut alterā ſequat̄ mox altera:his circūdedere ſepes nō ex tribulis uel ſpinis:uerū ex ꝓceris arborib⁹ dimiſſo īteruallo qđ hoſtii uicē ſuppleat:quo cū es īgreſſus aulā cōperies ruralē ſeptā ſepe arborea:cortile appellat̄ ab ruſticis:nouem ex huiuſmodi aulis domū prīcipis præcedūt eo ordīe ut ex altera in alteram aditus interior pateat:ibi nouē mulieres hic prīceps hēbat:ſunt ēt in aliis ruribus

Domus pricipis

coniuges q̄plurimæ:quæ huic principi iſeruiunt ꝑ ſuo arbitratu:at q̄li bet ex his mulieribus quinq; uel ſex adoleſcētulas Ethiopas domi alit: qbus ꝓ libito pṙiceps potiri pōt citra oēm cōiugis idignationē: qppe q̄ haud egre ferunt uetere iſtituto pṙicipis: ut hac ueneris uarietate cō iunx pṙiceps oblectet̄: ſuntq; hi nigrite admodum ꝓni: ac ſalaces in ue nerē: nullaq; ſatiant̄ libidine: pcunctatus eſt me ppea pṙiceps: an aliqua noſſem: quæ uenerem excitarent frequentius: nam unus tot feminis uix ſatiſſacere qbat: induerat. n. opinionem hāc uidelicet chriſtianos fore in genii acerrimi: & fere nihil neſcir̄: adiiciebat ad hæc ſi uoto huic ſuo tur pi qdem feciſſem ſatis: me beneficia inumera illico cōſequutuꝝ: laborāt Zelotipia hi principes adeo atroci: ut nec ipſis natis ſatis ac ſuper fidāt. uni igitur principi patet ad mulieres aditus.

Veneris ape tētes ſunt ni mium

Zelotipia flagrant

Ca. XXIII.

Quibus ſtipatur princeps lateronibus.

HVuius pṙicipis latus cuſtodiunt uiri. cc. quocunq; pgere cōti gerit & licet frequenter p uices ſuccedant q principis habent cuſtodiā: nō deſunt tamen uſq;quaq; inumeri: q undequaq; ſa lutatū ad pṙicipē ueniūt. ante regiā igit̄ pṙicipis ubi ipſe diuerſat̄ diu tius: præcedunt ſeptē atria: & ante ea platee q̄dā uiſunt̄: i quoꝝ diame tro arbor ē ꝓcera: & umbroſa: quæ pṙicipis fores obſeruātibus umbrā amœnā prebet: hēt itaq; pṙiceps diſpartitā familiā: & q ꝓpius regiam degūt: hi ſunt pṙicipi magis accepti digniores ue: & quo magis elongan tur ab regia tāto minoris cēſus: ac fere gradus nullius dignoſcunt̄: has igit̄ graduū differentias oſtēdūt domus ex iduſtria cōtinēter i ordine diſpoſitæ: ut cognoſcas eos eſſe excellentiores q regie pṙicipis ſunt ꝓxi miores: pauci tamen ad fores pṙicipis accedūt. Id. n. fere ſolis chriſtiāis licet: & azanegis ſacerdotibus: q pṙicipem legem maumethis docent: q bus maior poteſtas agendi quæcūq; eſt apud principem: q̄ ipſis ſuis ni gritis.

Atria cōplu ria āte regiā principis

Cap. XXIIII.

Mos ſalutandi principem: & principis conſuetudo.

PRinceps igit̄ memoratus magnā præſe fert arrogantiā: qppe qui nō prodit in publicum niſi mane: & ueſperi: nec tamen a ueſtibulo regiæ digredit̄: ibi ſeſe mira ſuperbia ſpectādū ſuis præbet illuſtrioribus. Is igitur princeps cum uariis de cauſis quepiam

admittit audiendũ tali dignat̃ reuerentia:cũ itaqꝫ hi qui ad Principem petunt admitti:ad fores iam acceſſerint utraqꝫ genua flectunt:& humi fere ſtrati arenã idẽtidem nudi reiiciunt in terga:caput etiã arena aſpergunt:ut ſpeciem humilitatis præſe ferant.& is eſt mos adeundi principis:nec ibi aliquẽ cõperies eminentiæ tantæ:qui aliter principem adeat ſuũ:q̃ nudo corpore uerebundis tantũ corio tectis:humi reptans:ac arena aſperſus totus:& ubi ad principem iam deuenere humi uolutantur : ut ſues in ceno:cum iam ꝓpius ad paſſus duos acceſſerint ſiſtit gradũ rem ſuã principi explicãs:harenã ſemꝑ ĩ terga ꝓiiciens capite demiſſo in ingentiſſimæ ſubiectionis ſpecimen:at princeps ſimulat ſupplicantẽ non uidere niſi ſurti:nec ꝓpterea ab aliorꝝ colloquio tẽperat .ubi uero uaſallus deſiit exponere res ſuas:tunc intuitu inſolẽtiſſimo toruoqꝫ uerbis duobus dat reſponſa:ut nec breuius ſit reſponſum Laconicũ:qui ſolo elemẽto mẽtẽ ſuã declarabãt:ut ſi ãnuẽdum erat p.v.ideſt uolumꝰ: ſi cõtra p.n.ideſt nolumus.In hoc igit̃ ſupbiæ faſtu uerſat̃ priceps:i tãtoqꝫ eſtimatu:& ueneratiõe apud ſuos:ut ipſi nos nec deo ĩmortali maiorẽ exhibeamus reuerẽtiã:id efficit timor ĩcredibilis:nempe de nutu prĩcipis eorꝝ uita pẽdet.nã ꝓ re quaqꝫ minima morte plectunt̃:& mulieres ac filii uenales exponunt̃ excãdeſcẽte pricipe.hæc ſunt igit̃ :quæ mirã obediẽtiã oſtẽdunt cum ſubditi ab pricipe patiunt̃ :quæ uix hoſti colliberent.

Quanta reuerentia adeant regem

Faſtus principis

## Capitulo.XXV.

Moſchea principis.i.templum idolorum & mos ſacrificandi.

IDeo maximã cum pricipe familiaritatẽ cõtraxeram ut uel Moſcheã ĩgredi mihi fas foret:id eſt eni idolorꝝ tẽplum ubi ſacra fiunt : cum igit̃ adueſpacebat præſbiteros ſuos azanegos ſiue Arabes accerſebat:nã ii apud eos uice ſacerdotũ funguntur:& ſacris præſunt cerimõiis:ac legẽ docẽt maumethis.Ingrediunt̃ itaqꝫ in celã ſacratiorẽ optimates eminẽtiores:gratia orandi:ſic eni orãt ſtãtes:& cœlum ſubĩde reſpicientes:terrã ſæpenumero deoſculant̃.& priceps ſacerdotẽ ĩmitabatur agẽtẽ hæc oĩa ſpacio mediæ horæ:& ubi deſierat orare percunctabat̃ me:quæ nam de hoc ritu orandi mea foret ſentẽtia:libẽterqꝫ me diſerentẽ de noſtra fide audiebat.dixi ego plura:ut decuit:de celebritate noſtræ fidei cum principem beniuolum haberẽ auditorẽ:oſtẽdi enim falſum eſſe principem :& alios omnes q̃ legem illam obſeruabant

Moſchea

Qualiter orant

addidi noſtram ſanctiorem eſſe. Idq; comprobabam innumeris argumentis:nec prius deſii concionari :q̃ excanduerint maiores ſatrapæ qui indignabantur ſuam fidem abs me i ordinem redigi:at princeps riſu uultum ſoluebat:adſtipulabaturq; meis dictis:aſſerens:& ipſe noſtram fidẽ nõ iniuria colẽdã eẽ:& nr̃um deũ eo argumẽto eẽ:& magnũ & ꝓbũ ob id ꝙ multiplicia dona nobis elargiret̃:diuitias:opes:dexteritatẽ igenii: uires:& pleraq; alia:ſuã tamẽ apprime extollebat.ſuadẽs eã faciliorẽ aditũ ad ſalutẽ eis præſtare q̃ nobis noſtrã . His ratiõibus nixus:quoniã inquit uobis datum ẽ præſentibus bonis frui:erit præſens uita uobis pro paradiſo illa æterna .Nos uero qui p uarias uitæ interturbationes uitã trahimus aſſiduo:ſcimus nobis haud defuturam illam æternam felicitatẽ:quoniam perpeſſi laboris:& ſuſceptæ erumnæ præmium nondum ſumus conſecuti:ualidas ad hoc adducebat ratões uir ut erat ingenii elegantis:nec noſtra ſibi diſplicebant:neq; difficulter noſtrã fidẽ iduiſſet: ni pauiſſet exui regno.Id.n.acceperam ab nepote:qui me enixe rogauerat ut noſtram fidem principi exponerem:adfirmabatq; rem dignam eẽ uerbum dei.Idq; perlibenter audiendũ fore cenſebat.Mores igit̃ huius principis iam retulimus:& præſerti eundem morẽ in uictu ſeruat : quẽ rex azanege:ſuſcipit ab ſuis cõiugibus dapes: ut etiã cæteri nigritæ pricipes:humi procumbentes:epulant̃ abſq; nitore & elegantia uitæ ꝑpauci cum rege diſcumbunt:Id ſolis licet ſacerdotibus:aut regulis qbuſdã uel ſaltem eminẽtioribus optimatibus:reliqui ignobiles.xii.uel.x.ſimul diſcumbunt & inter epulandũ fere omnes ex eodẽ catino ſumũt:& qdẽ non imoderate:ueꝝ frequẽtius utpote q ter uel quater iterdiu epulant̃ :

Cur deũ noſtrũ magnũ & probũ iudicent.

## Cap.XXVI.

### Legumina:& uinum quæ ex regno ſenegæ proueniunt.

TIgitur Regnum ſenegæ ulteriorq; plaga nigritaꝝ uinum: Triticum ſiliginẽ:ordeũ:auenam haud quaq̃ fert iniuria candentis ſideris:cũ præſertim ibi menſibus nouem iugiter nõ pluat: uidelicet ab menſe octobris uſq; in menſem iulii.Id efficit ut iacta ſemina nõ germinent ob terræ calorem nimium:ꝓducit tamẽ miliũ:Fabas: & Faſiolos omne genus : quæ omnia nuſq̃ elegantiora uiſuntur : ſunt Faſioli inſtar nucis auellanæ faberrime facti diceres torno aliquo inſcul

Faſiolorum magnitudo

ptos:ac ſtriatos adeo uariantis naturæ ars in eis ludit: res uiſu conſpi-
cua: fabæ uero largiores:& proceriores: rubent calore uiuaciſſimo: aliæ
albicantes cernuntur uiſu conſpectiores. Menſe iulii ſeminant: ſeptẽbri
leguntur: cum autem tellus cæleſti rore perfunditur: ideſt uberiori plu
uia: tum terrã miruminmodum colunt: nõ amplius q̃ trimeſtri ſpacio ſe
minant:& legunt ſata: ignaui ſunt cultores:& uix tantum ſeminãt q̃tum
ad uictum ſit ſufficiens: nec in horreis congregant triticum uel alia. Is
itaq; mos colendi agri ſeruatur: inſtrumẽta quædam ruſtica habent quæ
bipaliis non ſunt abſimilia: eis terram egerunt ritu contrario: q̃ nos con
ſueuerimus. nam cum Ligonizant terrã ante proiiciunt: non ut nos: qui
terram egeſtam ſemper ad nos trahimus adeo ut pedum plantas ligoni
zando cooperiamus terra: nec altius: q̃ tres: aut quattuor digitos
agunt bipalia uel graues uomeres: aliter ipſi non arant. uerum quia ter
ra eſt feraciſſima ſuapte natura q̃plurima producit: horum potus præ
bet ſucus palmæ: Lac:& latices: nec ea ẽ palma quæ fert cariotas: alia
eſt arbor: quæ ibi minime frequẽs eſt:& hæ arbores anno continuo ſu
cos emittunt inſtar lachrimarum ſucus appellat̃ mignol:& ut uberiorẽ
habeant ſuci prouentum arbores ſauciant:& ſtatim proſilit ſucus: qui
excipitur uaſe aliquo: ut thura leguntur: huic liquori colos eſt ſubcineri
tius & ſerũ lactis præſentat: nec maior eſt prouentus: q̃ binæ uel ternæ
menſuræ die noctuq;: huius eſt ĩcredibilis ſuauitas:& ut uinũ inebriat:
ni aqua immixta fuerit: qui prima die prouenit ex ſauciata arbore is eſt
dulcior:& omni uino uel perq̃ dulci præſtat:& indies ſuauitatem amit
tit: fitq; acidum:& acre: tamen tertio: aut quarto die magis homini con
ducit: id ſum ego expertus pluries:& non minus: q̃ uino aliquo eleganti
hoc ſuco oblectabar. mignolum appellant: neq; eo uti poſſunt oẽs abũ
de hoc eſt ad uoluptatem: licet ad hilaritatem plurimi:& imprimis illu
ſtriores: non habent harum arborum uineas ſed ſparſas & uagas ut fere
cuiq; pateant qui liquorem hmõi elicere uulnerata arbore uoluerit.

Trimeſtri ſpacio ſeminãt & legũt ſata

Eorũ modꝰ colendi agri

Eorũ potus

## Cap. XXVII.

### Varii fructus:& miræ naturæ oleum.

FRuctus habent multiplices: nec noſtris abſimiles: ſuaues ſunt li
cet ſilueſtres: qui ſi ut apud nos colerent̃ eſſent profecto multo
meliores. Regio eſt patens:& aprica ad omnia producẽda prope

apta: paſcua ibi q̃plurima: & arbores eminentiſſime nobis tamen incognitæ: lacus ibi q̃plurimi: qui aquam potu non inſuauem propinant: neq; nimium uaſte expanduntur. uerum profundiſſimi: & ibi piſces innumeri licet noſtris abſimiles: inq; his ſerpentes degunt: incolæ calcatrices uocant: fert etiam hæc regio miræ naturæ oleum: quod pollet tripli ci uirtute: odorẽ uidelicet uiolaceũ habet: ſaporẽ uero oliuæ: & ſi adhibitus fuerit dapibus: eas ut crocus inficit: q̃uis ipſum crocum ſuperet uberiori colore. ſunt & ibi arbores quedam quæ Faxiolos producũt rubentes cum macula nigricãte quæ eſt illis pro inſigni: & a noſtris oculus dicitur. Alii hillum appel. ꝑducit igiť q̃plures ſed paruos admodũ.

Oleum mire naturæ

Arbores faxiolos ꝑducentes

## Cap. XXVIII.

### Angues immanes: qui deuorant capras: & anguium Faſcinatores.

INueniunť ibi multiplices animaliũ ſpecies præſertim ſerpentum fere omnium generum: uenenoſi alii: alii ĩnoxii ſunt: duorum pedum menſuram excedunt: alas nec pedes habent ut ſerpentes: alioquin immenſi: & tantæ quidem uaſtitatis: ut integras capras hauriant: nec lancinent: ſolidæ deuorantur: ferunt incolæ ſerpentes huiuſmodi congregari ſtatis anni diebus: & migrare in loca quædã ubi formicarum eſt uis magna: quibus eſt colos albicans: quæ ſuapte natura humiles quaſdã caſas iſtar ſpecus extruũt: nã ore terrã portant: & ferruminãt abſq; calce: diceres clibanos aliquos uel ruſcula in ordine diſpoſita. nã ex hmõi caſis uidebis. c. &. cl. continenter ſubordinatas ut alterã ſequať altera miro naturæ ordine: ſunt ẽt hi nigrite faſcinatores. i. incantatores eximii: faſcinant præſerti ſerpẽtes: hui⁹ rei me certiorẽ reddidit adoleſcens quidam: qui anno ſuperiore agẽs apud nepotẽ principis de Budomel: & cũ hoſpitio receptus dormiret: audiuit ĩnumeras ſerpentũ ſibillationes: qbus experrectus dũ attentiore animo euentũ rei expectat intelligit nepotem principis euigilauiſſe: & domũ egredi uelle: pcunctatus eſt ppea adoleſcens nepotem principis quo nam nocte intẽpeſta cõcederet: cui nepos (iam inclamauerat ſeruos a pedibus ut ſternerent camelũ:) ſum inquit profecturus nõ longe: mox rediturus: iuit igiť nepos: & faſcino compeſcuit ſerpentes: illicoq; rediens rurſus alloquiť hoſpitem Ligurem: audiuiſti ne inqt circiter noctẽ mediã exſibillantes ſer

Mira de ſerpentibus

Mira de formicis

Faſciatores

pẽtes: at ligur audiui q̃dẽ: ſubiecit itaq; pricipis nepos dictus Biſborer: erãt inquit ſerpentes: quibus hæc plaga ſcatet: obſcederãt enim domũ: gregẽ deuaſtaturi: ni ego occurriſſem malo tãto icãtatiõe: qua utimur frequentius. Ligur uero his auditis dixit ſe mirari plurimũ: & rẽ hanc chriſtiãis prope incredibilẽ fore: tum nepos ad Ligurẽ: nõ eſt inqt cur mireris ob hæc minima. nã princeps noſter multo maiora efficit icantatiõe cum libet. cũ. n. inqt cupit præſentaneũ uenenum habere: quod illico mortem afferat (ificiunt ibi arma ueneno) deſignato i terra circulo: & faſcinatione ſerpentes eo concedere compellit: quo cũ uenerint ſpeculatur uenenoſiorẽ quem interficiat ueneni colligendi gratia: reliquos uero miſſos facit: occiſo itaq; ſerpente eius ſanguinẽ cũ ſemine arboris cuiuſdã miſcet: & ea mixtura arma illinit: quæ ſic illita ubi ſaucia uerint cõdicto mortẽ afferunt: licet paruum uulnus exiſtat: modo ſanguinis nihil non elicerit. ſubdidit etiam ligur nepotem prædictũ hortatum eum fuiſſe ut rei uideret exemplum: uerũ ligur parũ huius rei curioſus renuit experiri rẽ huiuſmodi: oium igitur conſenſu nigritæ ſunt incantatores eximii: ſunt tamen etiam apud nos huius facti haud expertes: immo ſagaces: contra ſerpentes præſertim.

Mira faſcinatio

## Cap. XXVIIII.

IN regno ſenege nigritaꝝ boues ſolũ: & bucule uiſũť iter aĩalia domeſtica: nã capras: & pecora ibi non uidebis ob ardorẽ torrẽtis ſideris. At boues tã mares q̃ feminæ noſtris multo ſunt minores: uixq; ibi uaccã rubẽtẽ cõperies: aut albæ: aut nigræ oẽs ſunt uel utroq; colore diſtictẽ: ex rapacibus leones: & pardi frequentiores: necnõ lupi: capreoli: ac lepores ꝓpe inumeri. ſunt ẽt i eamet regiõe Elephãti ſilueſtres q̃plurimi nõ domanť ut alibi: & fere gẽtiũ ubiq;: efferantur ꝑpea: & gregati icedũt ut i nr̃is nemoribꝰ apri: Cicures uix repiunť ibi. hi igiť duos eminẽtiores dẽtes hẽnt hic: & hic: iſtar aprorũ ueꝝ ritu cõtrario quãdoq dẽ alteri. ſ. apro i ſupiora retorti ſũt dẽtes: at alteri. ſ. elephãto dimittunť i terrã: nec (uel ſenecta) huic ſũt decidui uitã cõcomitanť: hoĩem niſi leſus nõ lædit: & ubi ledit: manu hoĩem cõpræhẽſum iacit i ſublime ultra arcus iactũ: ea diciť manus elephãti quã alii promuſcidẽ appellãt: eã emittit: & retrahit ꝓ ſuo arbitratu: nulluſq; iueniť tãtæ pnicitatis: quẽ ſuo iceſſu nõ cõpræhẽdat: licet gradati ſolum ambu

Quæ aĩalia ibi repianť Elephãti ſilueſtres & corũ forma & natura

let effœtæ magis ſeuiūt dū pauent: ne catulis uis īferat̃: & q̃ttuor ad ſū
mū pariūt uno ꝑtu:marib⁹ uix ē cura ſobolis:arboꝝ foliis uiuunt.& fru
ctib⁹:nam ꝓmuſcide arborem deuaſtant adeo ut ſi ſtipitem manu com-
plexi fuerint q̃tumcūq; magnū ab arbore diſpartiant. manū hn̄t in in
ferior̃ maxilla q̄ exerūt:& retrahūt ꝓ libito.hac cibū capiūt:& hauriūt
potū oēm: & ori adminiſtrāt ſuo:os hn̄t i pectore:frequētia icolūt ne
mora:ac luto plurimū ut apri oblectant̃:ſunt & alia īgentia aīalia ueꝝ
ſilueſtria.

## Cap.XXX.

### De pſitacis:& aliis auibus.

Vitioꝝ ſunt cōplura genera:& īprimis pſitacis ſcatet Regio:
nā hos oder̃ plurimū nigrite quoniā totā plagā fere circūuo
litātes fruges:& præſertim legumina deuaſtāt:multiiugi ſunt:
ueꝝ e paruis:& grandiorib⁹:cōplures ego attuli:diſtīguunt̃ colore tri
plici ſubcineritio uiridi:ac ueneto:quos adhuc fere inuolucres ex nido
ſubripui:ſed mox periere:adultos igit̃.c.l.i hiſpaniā detuli eos ſingulos
ſingulo aureo nūmo uēdidi:his itaq; miꝝ ē īgeīū:& ſolertia nidificādi:
nā excelſiſſimā querūt arborē:quæ ſurculos habeat ſubtiles : ac tenues
cuiuſuis pōderis fere īpatientes : hoꝝ cacumini adligāt dependentem
ſurculum:cui nidum mira īduſtria fabricatum ſuſpendūt :īſtar pilæ ro
tundū:relicto ſolum foramīe admodum āguſto qđ oſtii uicē ſuppleat :
aiunt id efficere alitem ut ſerpentum fallat aſtutias:nā nidum penſilem
petere nequeunt quippe qui ſurculo tam tenui nuſq̄ ſe ipſos crederent
mole grauati corporea.Igit̃ his artib⁹ tuta eſt ab ſerpente auis licet par
ua:ibi etiā ſunt gallinæ quædā. quas appellant pharaonis:ex oriente de
ferunt̃:his regio uberti abundat:ſunt & anſeres nō ut nr̃æ:ſed colore:
& pennis multiiugis uariatæ.

Solertia pſi-
tacoꝝ i nidi
ficando

Gallinæ
Anſeres

## Cap.XXXI.

### De Emporio:& qui eo confluant.

QVoniā obtigit illic morā trahere diuturniorē:decreui eorum
emporiū ſiue nundinas q̄ſdā uiſere:Nā die lune :& ueneris in
pratis qbuſdā cōueniūt ab quattuor uel qnq; miliarib⁹ circum
ſtātis regiōis:qui enī magis diſtant alia emporia & nundinas adeunt.in
his igit̃ nundinis cōpertū habui q̄ indigi ſint reꝝ multaꝝ:q̄ue ꝓfunda
egeſtate laborēt id declarabāt eoꝝ uiles merces:hæ.n.erāt cotōi elabo
rati mulieꝝ pēſis:nec eoꝝ ingēs copia:panni ex cotōis:inſup legumina

oleum:miliũ:& pelues Ligneæ ſtorias:tegetes appellant:palmarꝝ foliis complicatas & alia cõplura uſui illorꝝ nõ inepta:hæc mulieres uendunt: at uiri arma:& auri nõnihil:pmutant omnia:pro re altera:rem alteram cõſequunť:quandoqꝫ ꝓ binis ternas aut ꝓ ternis binas:pecuniam ſigna tam nõ norunt:nec nũmos omne genꝰ regio cudit.hi igitur nigrite in pmiſcuum ibant ad me ſtupidi:& admodum admirantes effigiem chri ſtiãi:& ĩprimis albicantẽ colorẽ necnõ habitũ:& corpis formã ac habi tudinẽ ĩſolitã:habitus is erat diplois ex ſerico nigro Damaſcũ appella mus:clamis itẽ ex panno coloris cianei:idẽtidẽ pãnũ ex lana cõtuebãť & diploidẽ loco miraculi cuiuſdã:nõnulli albedinis piculũ faciebãt ar bitrati nõ eẽ colorẽ naturalẽ:ſed factitiũ.igiť ut certiores huiꝰ rei fierẽt ſputo illitas manꝰ admouebãt brachiis:& manibꝰ meis:ut experirentur utrũ colos foret ab natura uel ab arte:ubi uero uidebãt ſputũ nihil de albedine ademiſſe ſed albicantes carnes fore:rurſus admirabanť:ad has itaqꝫ nundinas ut multa experirer:utqꝫ ſcirẽ an aurum illic foret uenale cõceſſerã: uerum ut præſeci auri parum illic ſum nactus promercalis.

*Emptio & uẽditio per cõmutatio nem*

*Pecuniã nõ habent*

Cap.XXXII.

De equis ibi uenalibus:& pabulo & eorꝝ incantatoribus.

ILlic igiť equos magnipẽdũt:quãdoqdẽ difficulter eo ducun tur:nec niſi:a nr̃is Barbariis per Azanegos:& Arabas illo du cunť:illorꝝ ppea ingẽs præciũ ẽ:nec facilime ibi aluntť ob ari dã tellurẽ:nã torrida ẽ plaga:quæ pabula nõ ꝓducit:facitqꝫ æſtus nimi us:ut equorꝝ ĩguina ĩtumeſcãt ut uix meiere poſſint:crepãt ppea ſtrãgu ria hmõi labefactati:ꝓ feno utunť faxiolorꝝ laceramẽtis ſole ſicatis:id ui cẽ feni ſupplet.nã ubi legerĩt faxiolos ſecãt eorꝝ caules:& ſole exſicant: loco auenæ ſuccedit:miliũ:quo mirũinmodũ pingueſcũt:pro equo in ſtrato phaleris & reliquo ornatu dant mãcipia nouẽ ad ſummum.xiiii. prout equi:& forma elegans:& agilitas perſuaſerit dandum.cum autem emerint equos mox accerſunt faſcinatores equorꝝ:huncqꝫ ritum ſeruãt: rogum accẽdunt ſarmentis & herbis quibuſdam ſuapte natura fumum exhalantibus:& equo per lorum aprehenſo ſiſtunt ipſum ſupra fuman tem rogum uerbis nonnullis prolatis:unguento tenuiſſimo equum illi nunt:& in domum adducunt ubi ad.xv.uel.xx.dies deliteſcit: a nemi neqꝫ uidetur:interea etiam apendunt collo equorum efaſcinatiões quaſ dam corio rubeo inuolutas & hæc agunt adfirmantes ſtrenuiores tutio reſqꝫ bello futuros equos.

*Cibꝰ equorꝝ*

*Quo modo effaſcinant equos*

Cap.XXXIII.

Mulierum mos in tripudiis

HVius itaqꝫ regiõis mulieres hilares ſunt ſupra q̃ referre poſſim
geſtiunt:exiliunt:ſaliunt:& perlibenter chorizãt & imprimis
adoleſcentule noctu ſolum dum luna eſt pernox:in ſuis tripu
diis dixerunt:a nobis q̃plurimum:res noſtras admirant̃ fere portenti lo
co:ut ſunt baliſtæ & tormenta oẽgen⁹:nã cum uiſum ueniſſent claſſem
iuſſi in uacuũ exonerari tormenta:ut edito reboatu terrorem parerent
his populis:territi igitur tormenti inaudito atrociqꝫ bombo.credidere

Tormẽta & tibias admirantur

Edito bombo tormẽtorum pauent

Demonũ opus:nõ mortaliũ artem.adiicientes uno ictu poſſe huiuſmo
di tormenta ſupra centũ homines proſternere:tibias etiã admirabãtur
& cum uidiſſent exornatas:ut ſit inſtar animalis alicuius:credidere uiuũ
animal uarias emittens uoces:non inſtrumẽta:qđ ubi ĩtellexi ne hac opi
nione ducti diutius fallerent̃ dedi tibias illis contrectandas:tunc cogno
uere artẽ eſſe:non animal neqꝫ fantaſma:adeoqꝫ eis oblectabant̃ ut dice
rent rem cœleſtem fore & ab ipſo Deo fabrefactam :tanta concinnitate:
ac melodia allecti:& imprimis uocũ uarietates admirati: remqꝫ nullã ui
diſſe pulcriorem prædicabant.Nauim etiam per ſingula membra :&
minores partes ſcrutabantur:ut malum:ãchoras:uela: remiges:& id ge
nus alia.dicebantqꝫ oculatam nauim eſſe : quoniam in fronte uidentur
ſculpta lumina:quod ſolum fit cauſa ornatus:ut fit quandoqꝫ in carpen

Naues admirantur

tis & curribus:propterea adſeuerabant nos fore eximios incantatores
nec demonibus abſimiles:ut pote qui ſulcabamus maria gradu citatiſ-
ſimo inſtar phantaſmatis :& itinera q̃plurima in mari metiebamur: ipſi
uero uix de loco ad locum terreſtri itinere ire nouerant:& id præſertim
admirabantur:nos uidelicet in tantum ab continente recedere aliquan-
do ut ꝑ cõpluſculos dies terra nuſq̃ appareat: & tamen non ignoraba-
mus ubi gentium eſſemus:& quonam tenderemus:quod eſſe nõ poteſt
inquiunt citra magicam artem:quod profecto haud dicerent ſi nauigan
di callerent artes : non minori etiam admiratione adficiebantur uiſis
candelis accenſis : quippe q nulla alia Luminaria unq̃ uiderant præterq̃
ignem : ubi igitur uidere ardere candelas : dixere rem fore pulcher-

Ardẽtes cãdelas admirantur

rimam. In eadem regione mellis eſt plurimum : nam id e fauo mellis
ore ſugũt cerãqꝫ abiiciũt:emi ꝑpea ego fauũ mellis:& more nr̃o ab cera
mel diſgregans:percunctatus ſum de cera eos qđ ſentirẽt:q aiebãt ſe eã
nihilipendere uti rem inutilem:confeci itaqꝫ ex cera huiuſmodi cande-

las:ipſis cernētib⁹ & iuſſi eas accendi :quo facto magis:ac magis admirabantur profitentes nos fere nihil neſcire.

## Cap.XXXIIII.

### Quomodo Antonietus:& Aloiſius in mari conuenere non longe ab uiridi capite.

IN hac regione iſtrumenta muſicalia habent fere nulla præter duo:& ea melodiæ:& concētus ꝓpe nullius.uidi inſtrumētū quoddam ſambucam appellāt:quod fidibus binis tantum pulſat:& nulla inde cōcinitas:digitis pulſant:res rudis:& mometi ꝓpe nullius.ut igit̃ præfeci oportuit me illic per dies aliquot diuerſari cauſa explorandæ mercis ut ſi forte fortuna aliquid occurriſſet quod conduceret comertio:& id eo libentius ferebam ut res nouas uiderem: quas referrem aliquando:cum itaq; decreuiſſem a continente ſoluere : & in altum facere uela deſiderio uidendi adhuc maiora:cum præſertī ab principe infante certior factus fueram:nō longe ab regno ſenege eſſe regnū quoddam cui nomen eſt Gambre:& prout referebant nigrite principi infanti:Id regnum auri eſt feraciſſimum:adeo ut ſi eo cōtenderent chriſtiani inde conſequerentur diuitias innumeras:his igitur allectus cum ut aurum conſequerer:cum etiam ut orbis partes incompertas mihi antea uiſerem:expeditus ab principe ad nauim redeo meam:parans uela facere uentis:ut in pelagus altius eueherer:relicturus latus quo appulerant celoces:dum itaq; hæc meditamur repente naues apparuere in ſalo fluctuantes:nam uiciſſim altera uiderat alteram:nec ignorabamus eos eſſe chriſtianos:congreſſi igitur mutuo cōſpectu frui affectantes coloquuti ſumus:moxq; patuit alteram nauim fore Antonieti cuiuſdam Liguris: qui maria ſulcare probe nouerat : alteram uero aulicorum quorundam Principis infantis : hi igitur uiri conuenerant fide data ut caput uiride ſuperarent deſiderio uidendæ nouæ regionis:iniui itaq; cum eis amicitiam : & fœdus ingens ut ſimul maria ſulcantes nouas regiones adiremus:una igitur ſoluimus uela dantes uerſus dictum caput uiride auſtro duce:a latere ſemper ut præ oculis continentem haberemus uſq;quaq;: ſequenti itaq; die uentis proſperis caput prædictum cepit nobis apparere : nam diſtat ab regno principis Budomel unde ſolueramus .M. fere quadraginta.

De eorū inſtrumentis muſices

Regnū gambræ

Antonietus ligur

Aulici infantis principis ſulcāt maria

## Cap.XXXV.

## De capite uiridi:& eius denominatione & moribus gentium.

Promõtorium caput uiride ꝑpellatum

ID igit̃ ꝓmõtorium caput uiride iccirco appellat̃ qa conſitum eſt arboribus denſiſſimis eiſdemq; uiridibus:ac uirentibus anno fere cõtinuo:hui⁹ noticiam habuere primo Luſitani ſupiori anno meæ nauigatõis:appellarũt itaq; hoc ꝓmõtoriũ caput uiride ab arborib⁹:uti ab arena caput albũ denoiat̃.hoc itaq; caput uiride eminẽs ẽ admodũ:& uiſu pulcherrimũ iter duos mõtes medi⁹ exit:tãdẽ i mare ꝓminẽs uaſte uariiſq; ruſculis nigritaꝝ:& mapaliis ſeptũ undequaq; ab ea pte pſerti:q̃ reſpicit oceanũ:ſũt tamẽ hi nigrite ex regno ſenegæ: ultra caput prædictũ :uiſunt̃ tres paruæ iſulæ nõ lõge ab cõtinẽte:ſed ꝓrſus deſertæ ab hoib⁹:ueꝝ ſcatẽt arborib⁹ inſtar capitis uiridis:cũ uero aquæ penuria nõ mediocri laboraremꝰ iecim⁹ ãchoras ut aquæ non nihil ĩde haurirem⁹:iſulæ illi q̃ uiſa erat uberior adheſim⁹ :appulſi igit̃ huic grãdiori iſulæ fõtẽ quẽpiã quærebam⁹:nullũq; nacti ſum⁹ preter

De alia iſula

quãdã ſcaturiginẽ:quæ uix poterat nobis auxiliarii ſitiẽtib⁹.In eadẽ igitur iſula iuenim⁹ nidos cõplures:& oua alitũ diuerſaꝝ:quæ nobis haud erãt icognita.Ibi ſtetim⁹ p totã diẽ piſcatiq; ſum⁹ uaria piſcium genera ſagenis alios:alios hamis qbuſdã cœpim⁹.Imprimis dẽtales : & oſtreas ueteres põderis libraꝝ.xii.uel.xv.p unoquoq; piſciũ :mẽſe Iunii poſtero die illic ſoluẽtes adnauigauim⁹:littora haud ꝓpe deſerẽtes .Id eſt ẽt ſciẽdũ ꝙ mox poſt caput uiride littora ſe ſinuant:& i ipſo receſſu fit ſinus pulcherrimus:terra eſt plana:& referta arboribus innumeris : qui-

De arborib⁹ eius inſulæ

bus non prius decidunt folia:q̃ alia ſubnaſcantur:uirent ſemper:& licet diſtent:a mari iactu arcus:uidentur tamen a longe ipſa contingere maria:res profecto eſt uiſu conſpicua:& ut fatear ingenue:ego quidem uarias orbis partes peragraui cum ad ortum cum etiam ad occaſum ſolis : uerum nuſq̃ amœniorem uidi : ea compluſculis irrigatur fluuiis: quorum quoniam ſunt nauium impatientes:non meminimus : ultra ſinum degunt bini populi alii Barbazini:ſerreti alii dicuntur :hi quidem

Hi neq; regẽ neq; principẽ habent

ſunt nigrite uerum regi ſenegæ non parent:regem non habent nec pricipem:licet uni magis q̃ alteri honorem maiorem exhibeant : Principem non eligunt : qui uitæ:ac necis poteſtatem habeat: tum in ſe cum etiam in natos:nam morem nigritarum principum aſpernantur:qui ubi libuerit ꝓ mancipiis:& uxores:& natos ſubditoꝝ uendunt: fitq; ut eorũ uita ſemp ſit in ancipiti:interq; ſpẽ:& metum ſuſpenſa. Idola colunt : q̃

Idola colunt

q̃ maxime:legem habent nullam:uiri ſunt truculentiſſimi:arcu utuntur

ac uenenatis ſagittis peride ut ſauciati illico pereant:mō ſanguis uel me
diocris exeat:hi ſunt nigerrimi:ac ſtaturæ habiliſſime:regio freqūes eſt
nemoribus:quæ lignis ſunt referta plurimū:irrigua eſt fluminib⁹ q̄plu
rimis.ideo fere inacceſſa:nec patet adeuntibus aditus niſi per nōnullos
angiportus ex circumadiacentib⁹:timent ꝓpea neminē:id ſunt expti ali
quādo nigritaꝝ reges:qui cum bellum eis intuliſſent ſunt peſſime acce
pti ab his populis:diſcurrūt igiť latus prædictum auſtro flante ꝑueni-
mus ad oſtium fluminis:qđ riū appellāt:Barbazinoꝝ:latitudo fluminis
oſtii ē iactus arcus:hui⁹ nominis memini ego in carta nauigatiōis : quā
edidi nuperrime:abeſt hoc flumē ab capite uiridi miliaria fere ſexagita
interdiu ſolū nauigabamus:occidente ſole iactis anchoris ad paſſus .x.
uel.xii.aquæ:lōge ab cōtinēte miliaria.iiii.uel.v.cum uero illuceſcebat
uela faciebamus ī altū poſitis prius ſpeculis in ſugeſta celocis q eminus
ſpecularenť ſcopulos maritimos ubi uidiſſent mare luctari : & fremere
cū ſcopulis occurrētibus mox renunciarent uelificātibus :dum igiť ad
nauigamus ad oſtiū alterius fluminis deuenimus id erat rii ſenege ma
gnitudine haud īpar:uiſo ergo flumine tā preclaro decreuim⁹ quempiā
e nr̄is mācipiis emittere:q terrā exploraret:terra erat aprica:& omni ar Aliam inſu-
borū uarietate exornata adeo ut nos ſūmopeř eo inuitaret:adduxeram⁹ lā cōperiūt
enim nobiſcū e Luſitania mancipia cōplura q̄ Turcimanos appellam⁹:
hi ſunt nigrite quos rex ſenegæ portugallēſibus:ſiue Luſitanis(q eo ꝓ Turcimani
ficiſcunť cōmertii cauſa)uendit:hi igiť Turcimani ſiue mancipia(ſcla
uos uulgo appellant)chriſti fidem:in luſitania ſuſcepere : & hiſpanum
idioma callent:nam eos mutuati eramus ab dominis ea lege ut ꝓ hmōi
ſeruitute:quam nobis exhibituri erant Turcimani cū rediiſſem⁹ ſelige
rent ipſi quemcunq; libuiſſet ex oī mancipioꝝ cetu. Turcimani uero li-
bertatē ꝑpetuam cōſequerenť:iacte igiť ſunt ſortes ad quem ſpectaret
ſuum Turcimanum emittere in littus:cecidit ſors ſuꝑ ligurē:q cōdicto Mittitur tur
cibam expediuit:q̄ diſcedens a claſſe in littore mancipiū exponeret lege cimanus li-
data ut caueret ne cōtinentem appelleret ultra q̄ foret neceſſe.ſatis ac ſu gur ad ex-
per erat ſi mancipium in ſico poneret:& mox in altum nauim duceret: plorandam
ne incautus:a barbaris depræhenderetur.Inſtituunt igitur mancipium inſulam
ut cum terram attigerit querat quæ gens:qui princeps: qui mores ſint
regionis:ſciſcitaretur etiam an ibi copia auri foret uel alia quæ commer In terram
ciis cōducerēt:ubi itaq; mancipium terram tenuit:actutum adfuere ni deſcendit
grite eius regionis qui eminus ſpeculati fuerant aduentantē claſſem

iccirco uenerant ad littus ſagittis:& arcubus onuſti deliteſcentes in fru
ctetis:& uepribus ut quempiam e chriſtianis improuidum corriperent.
uiſo igitur mancipio propius accedunt: colloquunturq; nonnihil: &
mox exertis enſibus:& macheris plagis innumeris mancipium confece
runt: cui prius proxima nauis auxiliari nequiuit: q̄ uitam exhalarit: quod.
ut compertum habuimus: ſtupidi rem egre tulimus: intelligentes gentē
ſæuam:& atrocem fore: quandoquidem in ſui conſimilem nigritam tam
truculenter ſeuierant: ſcientes haud dubie ſeuituros ĩ nos magis ſi pote
ſtatē in nos haberent: relicto igitur littore huiuſmodi: ceptum iter per
ſequebamur ducti auſtro in conſpectu continētē uſquequaq; habētes:
littoralis regio amœniſſima erat: arboribus innumeris fulta:& ſoli patē
tis: nec inæqualis:& tādē peruenimus ad oſtiū fluminis Gambæ quod
patebat latitudine trium uel quattuor Miliariū: ubi magis in arctum exi
bat: ingreſſi igit̃ flumē oſtii tam patentis: duximus ibi poſſe nōnihil qe
ſcere: ut mox poſtridie certiores fieremus ubi nā gētiū eſſemus: & an
illic eſſet Gambre regnū: cuius deſiderio flagrabam⁹ mirabilē ĩmodū.

Nigritæ tur cimanum in terimunt

## Cap. XXXVI.

### De flumine magno nauigato ab almadiis.

Appulſi igit̃ oſtio magni fluminis: quod ĩ primo ĩgreſſu præſe
ferebat latitudinē ſex uel octo miliariū cēſuimus ꝓpterea hoc
præclarū flumē fore regni Gambræ: cuius deſiderio afficieba
mur plurimū: nobis etiā nō difficulter pſuadebamus: illic auri plurimū
eſſe: aut forte aromata quepiā: uel alia q̄cunq; mercimōia: qbus locuple
tati domū alacres rediremus aliquādo: Luce itaq; ſeq̄nti uentis proſpe
ris minorē celocē præcedere iuſſimus uiris:& armamentis fultā: cū ea
q;: e noſtris cimbis unā: has paruas naues ex cōpoſito præmiſſimus: qp
pe q adhuc ignorabam⁹ altitudinē fluminis. uerebamur ppea ne tātarū
nauiū foret ĩpatiēs: expeditis itaq; his nauibus nautas cōmoneſecim⁹ ut
aquæ altitudinē cōtis explorarēt idētidē:& ubi cognoſcerēt eā ſatis for
noſtræ claſſi: gradū referētes ſigno aliquo nos certiores facerēt: iuer nr̄i
& cū aquæ multū reperiſſent: nos monuere: quibus cognitis uiſum eſt
aliā expedire nauim aliquāto maiorē armis probe cōmunitam:& illam
antonini licet multo minorē: lege pſcripta ut ſi forte fortūa occurriſſet

Præclarum flumen.

Altā aquam reperiunt

araſchorea inq̃t:res ſereniſſime:ſcito duci nr̃o minime unq̃ licere terrã appellere ne claſſem deſerat:tu uero ſi tibi cordi hæſit uirum compellare id non conſequeris:niſi cimba uectus:perinde:ut mare non deſerat: quoniã hoc eſt noſtri regis edictum. Itidẽ fecit aquiloe rex:ubi ſibi complacitũ fuit conuenire ducem:ſubrecuſabat rex quippe q cũ eſſet tanti ad minorem ire dedignabať:tandẽ perſuaſus araſchoreæ uerbis cõſenſit:tunc araſchorea certiorẽ præfectum claſſi de geſtis apud regẽ fecit: q̃bus acceptis dux claſſis cimbas paruas exornari iuſſit :prouiſo prius ne claſſis iret ĩ diuerſa:cimba uero:qua uehebatur taliter exornabatur : primo ſtrata erat coco:& purpura:& aliis auleis inumbrata:necnõ uiris ſtrenuis: eiſdemq; armatis cõmunita:at rex:& ſuos cimbas:almadias uocant:ſuo ritu exornat:iuſſit etiam equum ſibi ſterni more luſitano:uerũ non inueniebatur qui hanc operam nauaret neſcientibus eis noſtrum morem:noſtri ergo equum huiuſmodi ſtrauerunt.ſtrato itaq; equo rex ſcalas deſcendebat:quibus deſcenſis mox affuere regni illuſtriores qui inibi regem præſtolabantur.arietem habentes:quem ubi rex deſcendit exenterarunt : & exenteratũ equi pedibus ſubigunt . mox ab rege equite conculcandum:& is mos eis pro cerimoniis & faſcinationibus priuſq̃ rex domum exeat:& clamore ingenti edito regem perſequebãtur :hũc morem etiam ſeruant in zanbonbac:rex igitur:& dux conuenere :amiceq; ut ſunt collocuti:in ſua quiſq; loca dilapſus eſt:non prius tamẽ uale dixit regi præfectus:q̃ ab eo impetrauerit ducem itineris hoc eſt pilotum:qui iter ad calichut optime ſciret:ubi itaq; rex domum rediit:ducem rurſus donat munere multiplici.i.eduliis fere oẽgenus: ꝓmiſſumq; mittit pilotum.Is erat ex naui chombaie:probe ſciens itinera:dux uero noſter inibi duos addictos morti ob ſcelera : reliquit unum apud hanc gentem melinge regni dimiſſit:alterum uero nauem combaie (de qua pilotum ſuſceperant) ſequi uoluit:Itaq; ſequẽti die que erat ſeptima augusti iter cepimus uerſus calechut:incipientes ſinum magnum traiicere:qui non longe eſt ab mari perſico.

Aquiloe rex

Splendor aparatus

Vana ſupſtitio

zanbonbac

Inibi duos dimitit addictos morti

Liber tertius nauigationis factæ ex uliſbona.

In calechut.

Cap.LXXI.

De mari Rubro:ac perſico necnon de inſula agradida.

DVm itaq̃ regnũ melindæ deſeruimus a latere urbis inſignis eſt relicta: eam mauri incolunt: diues eſt: & pulcra admodũ: & paulo ſupra uiſit̃ magna inſula: inq̃ ea urbs altera incincta muro: & pulcritudine cum ſupiore contendit: ad inſulã itur ponte: cui nomen ẽ Zognotorre: & dum ultra prouehimur mox occurrunt anguſtiæ maris rubri: quæ latitudine patent leuchæ: & dimidiæ: ibi eſt Mecha .i. arca maumethis: & diuæ caterinæ mauſeolũ ſitum in monte qui dicitur ſinai. Inde exportantur aromata quaſi omnium generũ lapideſq̃ præcioſi deferunt̃ in Babiloniã nili: cui nomẽ eſt cayro: hæc aduehunt̃ dorſo dromedariorũ: q ſunt camelli electi. In hoc mari ſunt complura referenda digna miratu: ſupato anguſtiarũ oſtio: mox mare perſicum uiſitur: & in eo prouinciæ compluſculæ: quæ magni ſoldani regna contingunt: nam mare rubrũ: & perſicũ ſunt duo ſinus: quos oceanus meridionalis: ſiue indicus facit. Igit̃ in ſinu perſico eſt inſula parua dicta Gulphal: ubi innumeræ ſunt Margaritæ: & in hoſtio huius maris perſici eſt inſula pergrandis dicta agremus: quæ paret mauris cum alia inſula gulphal: ex ea itaq̃ inſula agremus equi complures ueniunt: quos mauri ducunt in indiam: ueunduntq̃ præcio immodico. In hac regione fiunt commercia prope innumera: ſuperato itaq̃ ſinu perſico: mox ſeſe offert ꝓuincia combara: quæ regem habet: & feracitate: ac delitiis omnibus contendit cum lautioribus totius orbis ꝓuinciis: inq̃ ea tritici: ſiliginis: orizæ: ſacchari plurimũ: pãchaia a latinis dicitur unde uirgilius: totaq̃ thuriferis panchaia pinguis arenis: hæc itaq̃ Thura mittit per totũ orbẽ: ſericum ẽt & xilon: multoſq̃ equos: & elephantos. Rex ſeruit idolis: & nuperrime regnum inauguratus eſt perſuadentibus mauris: qui ibi ſunt frequentes. Idolaq̃ colunt fere omnes: interq̃ eos mercatores compluſculi ſunt: qui hinc cum arabibus. Inde cum indis commercia exercent: ab his auſpicatur india: & per eius latus itur in urbem calechut: & in eo latere complures uiſuntur prouinciæ: & maurorum regna idola colentium: tandem uigeſimoſecundo auguſti applicuimus ad eam prouinciam: quæ india dr̃: quæ ditionis eſt regni Goge: eaq̃ cognita: iter noſtrũ pſeq̃bamur: donec deueĩmꝰ ad quãdã puã iſulã q dr̃ angradida: & ab mauro quodam poſſidet̃: inq̃ eius umbilico lacus ingens: qui aquam potu ſuauem haurientibus propinat: alias culta: nunc inculta admodum: auri eſt ferax: & ab continente .M. duobus abeſt. Illac tranſeunt

Anguſtie rubri maris
Diue Caterinæ mauſoleum
Dromedarii qui
Inſula gulphal
Agremus inſula
Combara ꝓuincia
Panchaia
Virgilius
Idola colũt
Vbi auſpicatur india
Goge rex indie
Angradida inſula

Mauri: qui mechã adorant: dum ad urbem calechut contendunt: cogũ
turq ea tranſire ob aquarũ ac lignorum penuriam: quæ alibi gentiũ eſt
maxima: itaq eo tandẽ deuenimus: & iactis anchoris in terrã deſcendi-
mus: ut & aqua: & lignis rurſus claſſis cõmuniretur: fuimuſq ibi ꝑ dies
fere. xv. interea obſeruabamus an almadiæ meche aduẽtarent: quoniam
decreueramus eas (ſi poteſtas fuiſſet ĩ noſtris manibus) capere: dum igi
tur ſic ĩmoramur cõducebãt ad nos multa undeq populi q libẽter no
biſcum loquebant. pluraq referebãt: eos ppea honorifice excipi a nobis
claſſis præfectus iuſſit: & in ea inſula uiſebatur parua admodum claſſis:
ubi compluſculis diebus ĩmorati diuinis ĩſiſtebam⁹: ideſt ſolemniis miſ
ſarũ: & unuſquiſq nr̃um ſacrã Euchariſtiã ſumpſit (nã ibant nobiſcũ
complures ſacerdotes: ut cũ negociatore nr̃æ patriæ uitam ducerent in
urbe calechut) pactis igit diuinis: ligniſq: & aqua rurſus cõmuniti fru
ſtra expectantes naues mechæ. Illinc ſoluimus ad urbẽ calechut cõtẽ
dentes: quæ abeſt ab hac inſula leuchis. lxx.

Diuinis inſi-
ſtunt

## Cap. LXXII.

Quomodo dux claſſis profectus eſt ad regem calechut.

Itaq die. xiii. ſeptembris eiuſdem anni ꝑuenimus ad urbẽ ca
lechut: cuius ĩcolæ: ubi nr̃i aduent⁹ certiores facti ſunt: effuſe
nobis occurrerunt uecti cimbis extra urbem ad primam leu-
chã. Inter eos: q nobis occurrerũt: erat qdã mercator de guſurate locu
pletiſſimus: ac nõnulli urbis primores: qui nr̃am adeuntes claſſem ꝑto
riã nauim ingreſſi ſunt: his uerbis ducẽ conſalutantes: regi placere plu
rimum ꝙ incolumes aduentauerint: quodq nihil illi gratius obuenire
poſſet: q̃ ꝙ utant regis opib⁹ & auxilio: poſthæc: uiſa regis erga nos be
niuolẽtia anchoras iecimus ante urbis mœnia: tormẽtaq exonerari iuſſi
mus: quæ res adeo pterruit urbis incolas: ut dicerẽt contra noſtros nul
las eſſe uires: præter deorũ: cũ itaq adueſperauiſſet dedimus membra
quieti: cum uero illuxiſſet: præfectus ſtatuit mittere ad regẽ ĩterpretes:
quos ſecũ adduxerat ex uliſbona: ex his unus erat Maurus chriſtian⁹: re
liq indi: q oẽs ꝓbe nouerant idioma Luſitanorũ: ue℞ erãt adhuc gẽtiles
hoc eſt idolatræ piſcatoreſq: hos itaq eleganter ĩdutos ad regẽ mittit:
qui ubi conſalutauerint eum: ſecuritatẽ adeundi regis impetrent: ſaluũ
conductũ appellant: adiuit itaq regem maurus: compoſq uoti fact⁹ mit
tit ſaluumconductum ad præfectum: cæteri autem indi regem non ui-
dere ob id quod eſſent uiri nati obſcuro loco: nam Rex huiuſmodi

Fere omnis
populus effu
ſus eſt ut no
ſtros excipet

Habito cõ-
meatu cõtẽ
dunt ad regẽ

id pro faſtu obſeruat:ne adeant ipſum ignobiles:prout latius referem⁹ in ſequentibus:ſalui conductus tenor is erat:ut liceret impune cuiq̃ in terram deſcendere:hoc accepto præfectus claſſis Alphonſum Furtadũ mittit ad regem interprete comite:qui Arabicam linguã optime calle-bat:quibus dat in mandatis:ut ad regem hæc proferant: claſſem eſſe regis Portugalliæ:& eo ſolum aduenıſſe:ut cum eo commercia exerceant ineantq; fœdus & amiciciam non uulgarem : regem propterea alloqui coram:id fieri non poſſe ex ſui principis præſcripto:niſi prius datis eis obſidibus quos ipſe nominauiſſet:& hi erant urbis primores: his expoſitis:Rex conditionem renuebat:excuſans ualitudinẽ aduerſam:& deſeſſam ætatem obſidum quos uocauerat:adiiciens ad hæc ſe alios daturũ qui maris ſeuiciam tollerantius perpeti poſſent:admirabaturq; plurimũ de propoſita conditione:& in his diſceptationibus biduo uel triduo hæſitauit:tandem decreuit conditionem haud aſpernari : cuius rei certior factus dux claſſis ſe præparabat expeditioni . Inſtituebatq; commorari cum rege:& ternos:aut quatternos dies inibi conſumere:ſecumq; adducebat uiginti aut triginta uiros honoratiores claſſis eoſdem eximie cultos:& adornatos:habebat etiam ſecum aulicos:& alios complures : qui illi more Regio inſeruirent:uaſaq; celata compluſcula tulit : ut honoratior fieret:his rebus quæ ſuapte natura magnificentiam præſe ferunt : prouiſo prius de præfecto claſſis:cui iuſſit ut obſides pq̃ honorificẽtiſſime exciperet:haberetq; ĩ delitiis:donec ipſe rediret:poſtero die rex uenit ad littus:ubi erat quædã domus mari fere adiacens ut cõmodius præfectum claſſis exciperet. Itaq; miſit quinq; uiros ex primoribus urbis q̃ tantiſper illic commoraretur donec præfectus claſſis rediret iuere. Igitur ad claſſem ſeniores urbis longum ſeruorum ordinem ſecum trahentes necnon tibicines & choraules : ſatelliteſq; compluſculos : enſes & clipeos ferentes : his uiſis Dux claſſis uectus cimba naui egreditur ſua & ad littus contendit:ubi uero optimates obſides appropinquauere claſſi : prius naues ingredi nolebant : q̃ in terram deſcendiſſet præfectus:qui licet nondum appuliſſet portum:eo tamen contendebat pleno gradu ſuamq; ſuppellectilem præmiſſerat:ut mos eſt principibus : diu igitͬ diſceptatum eſt de hac re:obſidibus renuentibus nauẽ ingredi : ni terrã dux primo teneret:dũ ſic cõtẽditͬ ara ſchorea it ad eos: hortaturq; ut pſidie ſuſpicionẽ oẽm exuãt:eo ueniſſe nõ ut imponãt eis:ſed ut eoꝝ amiciciam promereantur:tandẽ his adducti uerbis:nauim ingreſſi ſunt

Rurſum regem adeunt

Rex anuit tandem

Lõgũ ſeruorum ordinẽ poſt ſe trahunt

Futuri obſides

intrepide:at præfecto iam terræ appulſo it obuiam nobiliũ decentiſſi
ma cohors:ipſumq̃ honorificentiſſime excipiunt:& humeris imponũt
ſuis.nec terram contingere patiuntur:donec ad principis regiam per-
uentum eſt.

## Cap.LXXIII.

RGit rex calechut edes eminentiſſimas habitat:habens ꝓ tho
ro regio locum concameratũ inſtar ſacelli cuiuſdam. peluis fi

Torus regis calechut

gurã referebat ut nos quandoq̃ imagines ſanctorũ collocam⁹
ſuppoſitis.xx.puluilis ſericeis:necnon inſtratis auleis. thronũ panno ſe
riceo inumbrauerat:qui purpurã preſentabat:ipſe uero nud⁹ conſpicie

Habitus regis

batur totus:circumduxerat bombicinum panum candidiſſimũ:eũdẽq̃
ſubtiliſſimũ:quẽ auro exornauerãt:in capite gerebat birretũ aurei pan
ni:qui caſſidem ferreum referebat:perforatas hẽbat aures:inq̃ eis ada

Adamantes duo

mantes:& ſaffiri unionesue duo:quoꝝ alter obrotũdæ figuræ erat:alter
uero inſtar piramidis:nucis auelanæ magnitudinẽ excedebat:ĩ brachiis
uero.armillas aureas:a cubito uſq̃ ad manũ:diſtinctas lapidib⁹ præcio
ſis innumeris:eiſdemq̃ incredibilis ualoris:crura uero pariter exornabã
tur:& in digito pedis uernabat lapis præcioſus ſplendore incompara
bili.condalia ẽt in digitis manuũ:hoc ẽ annulos omnifariam hẽbat ſma

Sedes regia

raldos:adamantes:& id gen⁹ alios complures.Inter hos lapides:quidã
fabã magnitudine ſuperabat:balteumq̃ hẽbat aureũ gẽmis innumeris
diſtinctũ:adeo ut eſtimationẽ omnẽ excederet:a latere uero regiã ſedẽ

Currus

argenteã:quæ baſes:& bracteas aureas habebat:eaſdem gemmis multi
iugis uariatas.In ſua regia conſpeximus currum quendam:id eſt genus
uehiculi nos carpentum dicimus.miro lapidum & gemmarum appa-
ratu cõdecoratum:eo uectus fuerat ex ſolita regia ĩ has maritimas ædes
id genus uehiculi trahunt uiri duo.hunc exornabant.xv.uel.xx.buci-
næ argenteæ:quaꝝ tres erãt ex puro auro ac ponderis non mediocris

Buccinæ aureæ & argenteæ

adeo ut eaꝝ quãlibet uir un⁹ ferre neqret:oras uero earum ditabant lapi
des præcioſi:eaſq̃ mira uarietate diſtinguentes:his adiungebãtur uaſa
quattuor argentea:trulaq̃ aurea:& ex auricalco magna candelabra:in
quibus tortus filus oleo immerſus conflagrabat:quæ res erat ſuperuaca
nea:uerum arrogantiam præſeferebat:& celſitudinem principatus:huic
genitor eius aſtabat necnon germani duo:longe ab Throno paſſibus
quinq̃ uel ſex ſtantes:omni ſplendoris apparatu condecorati:poſt eos
paulo longius ſtabaut innumeri optimates:ac prĩcipes reguliq̃ diuitiis
& ipſi q̃ maxĩe onuſti.Itaq̃ prefectus claſſis hæc uidẽs ad Regem ibat

manum eius exoſculaturus: uerum annuere aſtantes ut a congreſſu tem perans propius non accederet regi: quandoquidem is eſt mos illorum ut regē contingat nemo. continuit ſe igit̄ præfectus noſter: cui mox ſedes allata eſt: ut ſedendo regem alloqueretur: quod non mediocris honoris eſt ſpecimen: cepit igitur alloqui regem præfectus: promens quæ iuſſerat portugalliæ rex: & illico litteras protulit: quæ lectæ fuere regi: nam charactere arabico exaratæ erant: his peractis præfectus ad claſſē nūcios miſit: qui munera regi ferrent: quæ in ſequentibus explicabuntur.

Præfectus claſſis regē calichut alloquitur

Cap. LXXIIII.

De muneribus miſſis ad regem calechut.

PRimo uas aureū celatū in quo Principes de more manus abluūt: maluuium appellamus: deinde uas aliud argenteū idemq̧ inauratū coopertumq̧ cooperculo argēteo miro modo fabre facto. Item clauas duas argenteas cum catenis argenteis. Item puluinos quattuor per grandes uidelicet duos coopertos aureo pāno: duos uero alios ex ſerico purpurei coloris. Item conopeū unū ex pāno aureo cū laciniis diſtinctis auro ac ſerico coccineo: cumq̧ eo tapetem magnū: & ſtragula duo ditiſſima: alterū figuris inſignitū: alterū uero arbuſculis ac foliis uirentibus diſtinctū: deinde guturniū argenteū quo gutatim per colli anguſtias aqua infundit̄ manib⁹ pari opera: & ornatu elaboratū: uti uaſa ſupius deſcripta. his ſuſceptis muneribus: necnō uiſis lr̄is: & legatione audita uiſus eſt letari plurimū: ꝓpea hortatus eſt præfectum claſſis ut diuerteret in eas ædes: quas ſibi parari iuſſerat: interea dixit ſe miſſurꝫ captum eos obſides quos pignori dederat præfecto: quoniam uiri erant patricii clariq̧ admodum: nec uſq̧ in illam horā cibi aliquid ſumpſerāt: aut potus quādoquidē ipſi pro lege hēbant: ut in mari cibū non capiant: nec bibant: eſſentq̧ uſquequaq̧ inſomnes: addiditq̧ ſi præfecto complacitū erat naues repetere ſuas: id pro arbitratu faceret. quoniā eoſdē obſides in craſtinū ſe daturū pollicebat̄: ut rurſus ipſe redire ad regem poſſet expediturus commercia. Igitur Dux nr̄ claſſem reuiſit: relicto interea alphonſo fartado cū ſociis ſeptem: uel octo: qui illi domi īſeruirēt: dū itaq̧ littus deſerit præfect⁹ nr̄: uerna qdā illorꝫ nobiliū præuēit prefectū: & citatiſſimo gradu cōtēdit ad obſides nūciās præfectū receſſiſſe: q ubi hæc accepere ſeſe præcipites e nauibus in mare dederūt: qđ uidens araſchorea negociator præcipu⁹ illico cōſcēdit cimbā & mox duos obſides cepit: cumq̧ eis tres uel quattuor uernas: reliqūi

Maluuium

Conopeum

Guturnium

In mari non comedunt

Obſides in mare ſe precipitant

uero natando euaſere. Interea præfectus claſſis ſupuenit:& eos obſides quos nactus eſt in inferiore parte nauis poni iuſſit:ne & ipſi in mare deſilirent:deinde monuit regem de compertis: queſtus de geſtis per obſides:reiiciens cauſam huius rei in quendam regium amanuenſem: addebatq; i carcerẽ trudiſſe obſides ob id qđ timeret ſuis :q adhuc in terra apud Regem agebant:& inſuper ſuam ſuppellectilem repetebat : ſpondens ſe q̃primum dimiſſurũ obſides:ubi ſui dimitterentur . Iuere igiť ad regem noſtri legati cumq; eis duo ex illis quos ceperamus in almadiis:& tota nocte præfectus claſſis præſtolatus eſt reſponſum . Poſtero autem die rex ad littus acceſſit ſtipatus cohorte decem : aut duodecim mille hominum:& cum eis noſtri quos cum ſuis permutaturi erant. Interea expediunť uiginti aut triginta almadiæ quæ cum noſtris qui permutandi erant contendunt ad claſſem:ubi igitur in conſpectu fuere ꝑpius accedere non audebant:hæſitabundi omnes an prius darent captiuos:q̃ ſuos redimiſſent:& inter ſpem & metum poſiti:totam diem fruſtra cõſumpſere:rurſus ad littus redeuntes: & cum terram appuliſſent nobis conſpectis probris:& maledictis noſtros inceſſebãt:idẽtidẽ mortem ac ſupplicia minitãtes:quare noſtri noctẽ illam ꝑ uarias animi inter turbationes:& corporis moleſtias tranſegere : ſequẽti tamẽ luce iterum rex mittit ad præfectum internuncios:nuncians ſe ultro ſuos ad eũ mittere inermes cum captiuis chriſtianis exhortans plurimũ ut ipſe remitteret obſides:quos penes ſe habebat:mittit itaq; dux noſter cimbas ſuas ad almadias : ut tandem aliquando permutatio fieret captiuorũ cõuenere cimbæ utrinq;:& ſuppellex reddebať noſtris:cum ſenex impatiẽs moræ ſeſe in mare iecit:tunc noſtri indignati plurimum & ſenem capiunt:& alios in mare trudunt : poſtridie Dux compaſſus ſeni qui famem triduo ſuſtinuerat:eum ad regem miſit rogans:ut & ipſe remitteret adoleſcentes duos qui inibi adhuc retinebantur:remiſſitq; omnia eorũ arma: quæ capta fuerant in almadiis . his uiſis rex pudore uictus adoleſcẽtes ad præfectum mittit. Poſthæc triduo continuo nemine ultro citroq; cõmeante:ſed omnibus ſeſe domi continentibus:præfectus tandem decreuit regem rurſus his agredi uerbis:q uidelicet commercia inter eos futura eſſent:ſi iterum obſides darentur:cum uero hærerent omnes : nec inuenirentur qui barbaris ultra ſiderent ob præteritam perfidiam:Franſciſcus Chorea eques ſe ipſum obtulit id munus obiturum:ſeq; Regem aditurum intrepide clara uoce profeſſus eſt:ita actum eſt:Regem

Rex calichut cũ exercitu ad litt⁹ accedit

De ꝑmutandis captiuis contentio

Frãciſc⁹ chorea adit regẽ calechut

adiuit: ipſumq; certiorē fecit uenturū araſchoreā ad regem de mutuis mercimoniis tractaturū: uerū id haud quaq̄ fieri poſſe: niſi rurſus obſi des dent: nā petebat pro pignore mercatorē quendam locupletiſſimū Gugeratum noīe: tum is mercator reſpondit ſe mox miſſurum nepo tes quos hēbat duos: quod regi admodum cōplacitum fuit. Itaq; ſe quēti die de his omnibus præfectus ab franciſco certior ē factus: q̄bus pceptis araſchorea itineri ſe accinxit: prius obſidibus in poteſtate habi tis: cū ergo terrā araſchorea appuliſſet: & dies iam inclinaret uiſum eſt ad claſſem redire ut ibi noctem tutius ageret: poſtridie uero ad regem contendit araſchorea nauaturus de cōmerciis opam: quā franciſcus regi pollicitus fuerat: huic igit̄ Rex perq̄ cōmodas ædes dari iuſſit: q̄ erant illius uiri locupletiſſimi: cuius ſuperius meminimus: cui ēt ab rege de mandata erat prouincia ut araſchoreā mores regionis ſedulo doceret. cepit itaq; araſchorea negotiari: nec mercari poterat niſi per interpre tes arabas: neq; regē adire quibamus niſi mauris mediis: qui ſuapte natu ra inuidi nobis aduerſabant̄ & iugiter imponebant: nō tamē eoꝝ impo ſtura nos diutius latuit: nam id curauerant: ut dum negociabamur apud eos: nemo noſtrū ad claſſem contenderet: ſi tamen in terrā e nr̄is ibant aliqui excipiebantur ab eis: ſed redeundi nulla copia dabatur: qd̄ uidens dux claſſis credidit fraudem ſubeſſe: & uentis uela facere iuſſit: & cum rates iam altum tenerent conſpectæ a noſtris per internūtium pceleri cimba uectū: reuocatæ ſunt ad portū: rebus igit̄ pacatis araſchorea cō mercia exercebat cū barbaris: & adeo res conquieuere ut iam intrepide noſtri negociari quirent. Is tamen mercator mauros qui nepotes pigno ri oppoſuerat ſuos: eos repetebat nos fere infenſus obſeruans: tum rex alio accerſito uiro turca protinus iubet: ut noſtra non incurioſe curet: alias ue paret ædes: ut mitius pacatiuſue noſtras diuenderemus mer ces: hoc facto indies melius noſtra ſuum effectum ſortiebantur: nam uendidim⁹ multa: compluraq; emimus: & inter nos uiguere ſpacio duo rum menſium mirabilem in modum commercia: rebus itaq; noſtris nundinatis. It ad regem araſchorea & gratias agit quas poteſt maximas: inuicem Rex multa pollicetur: hortaturq; plurimum: ut cepta merci monia deinceps proſequantur intrepide: nec prius eos miſſos facit: q̄ edes illis perpetuo donauerit: ſuper qua re confecta ſunt diplomata hoc eſt regiæ litteræ: quæ uicem ſupplebant priuilegii. hæ.n. ex ære erant ad ipſos. ad regem uero Luſitanum ex auro puriſſimo. Is eſt ſuus mos

Gugeratus

Araſchorea ad regem p ficiſcitur

Commercia cum barba ris exercent

Diplomata conficiūtur

exarandi: erecta et ſunt de iuſſu regis trophea regia ſupra domū: ut ſic ædium indennitati conſultū foret: contendit itaq; ad claſſem arabi chorea & litteras ꝓfert regias ac obſides reddidit q̄primū: altiſſimaq; pace frue bamur: iam alter fidebat alteri: & de obſidibus nulla mentio fiebat: uide bamur enim domi agere: adeo amice oia inter nos agitabantur: interea dum mutua pace fruimur: ecce nauis maria aliena ſulcans quoſdam ele phantos ferēs eximios: quoꝝ unus cæteris elegantior erat: ac bello aſſue tus magis: præciiq; nō mediocris: hæc ubi regi comperta fuere mox & nobis ſunt relata ex rege: qui nos apprime rogabat: ut in ſuam gratiam nauim huiuſmodi corriperemus: quoniā præciū immodicū pro eo ele phanto ſpoponderat: nec tamē cōſeq eū potuerat: idcirco plurimū præ cabatur ut ab eis ꝑtinaciæ ſuæ pœnas exigerem⁹: quibus expoſitis præ fectus illico reſpōdit ſe regi morē geſturum: uerum intellexiſſe ratē me moratā eſſe omni armorum genere cōmunitam: eamq; uaſtiſſimā: ac ce tu uiroꝝ exornatā: capi ꝓpea nō poſſe ſine hominū ſtrage: Ideo petebat ut ſibi impune liceret: ubi op⁹ foret in eos iuribus belli uti: his itaq; rex protinus ānuit: & mauros miſit ad claſſem noſtrā q rei nauandæ nō præ eſſent: ſed intereſſent: & noſtraꝝ uiriū: ac dexteritatis locuples facerent teſtimonium: uel ſi forte fortuna deditionē facere uoluiſſent adducti ei⁹ ꝑſuaſione. Igitur noſtri celocem parant tormētaq; fere oēgenus expedi unt: nec ſupra. lxx. uiros rati imponunt: q noctibus duabus iugiter me moratā ratē conſectabantur: nec tamē aſſequi poterāt: ſequēti tamē die annixi plus ſolito: nauis compræhenſa eſt: hos prius amice hortati ſunt ut regi facerent deditionem: qui ubi hæc audiuere nos ueluti fabellam quempiam aſpernati ſunt. ferebat. n. nauis homines ſupra trecentum: qui pro reſponſo ſagittis nos impetere ceperunt: & ſupra q̄ referre queā contemnere: tunc noſtri arma expediunt tormentaq;: & atrociter exone ratis tormentis in eos contendunt: qui reboatu tormentorum perterriti & iam rate dehiſcente: mox ſeſe dedidere. huius rei condicto rex cer tior factus eſt: qui ad littus magna concomitante caterua profectus eſt: ut egregiū facinus coram uideret: nam uix adduci poterat ut crederet celocem noſtram perq̄ mediocrem tantam nauim profligare quiuiſſe: nam ut præfecimus nauis erat duplo celoce maior: & uirorum in ea bel lantium numerus multo frequentior: Regi noſter præfectus: & na uim: & elephantos dedit omnium aplauſu: & noſtra nauis illico claſſi reddita eſt.

Rex miſſit quoſdam q noſtrarū uiriū locuples facerent teſtemonium

Nauem expugnant

## Cap. LXXV.

### De moribus rebuſq; urbis calichut.

VRbs itaq; calechut uaſta eſt admodum abſq; mœnibus: intus pluribus in locis uacat: domus haud ſunt cõtiguæ inuicem diſtantes plurimũ. lapidibus: & calce extructæ ſunt intus ſculptæ: pro imbrice palmis utunť: illis tegunt ſuas ædes. fores pgrandes hẽnt: miroq; artificio fabrefactas: has muro ĩcingunt inſtar pomerii: ibi uiſunť arbores innumeræ: ſtagna: & fontes compluſculi: nã ſtagnis libẽter ĩmergunť lotionibus enixe gaudentes: fonte plurimũ letanť: i urbe uero lacus uiſuntur cõplures: quibus ĩmerſi gregarii ac proletarii omniſq; ignobilior uulgus ter uel quater ĩterdiu lauanť: rex Idolorum latriæ eſt addictus: licet nõnulli crediderint eum chriſtianum fuiſſe: qui nun' mores eius calluerunt: nam nos apud Regẽ diuturniores fuimus mercimoniis inſiſtentes: quo facillime ſcire quiuimus qui ritus eius forent: Regem appellant Ganſer: cuius aulici & contubernales oẽs ſunt mauri: q nobiliſſima habent corpora: nudi incedunt pubetenus: reliqua panno inuoluunt: nudis ambulant pedibus: & aperto capite prodeunt: niſi eminẽtiore præcellant gradu: tunc bireto utunť ſericeo: hoc eſt uelutato eoq; longiore ut retulimus: terebrant aures: inq; eis margaritæ appenduntť: i brachiis aureas armillas geſtant: patricii denudatos enſes: & clipeos ferunt: at enſes in cuſpide latiores ſunt: q̃ alibi: clipei ſunt teretes: ut apud nos pedites utuntur: peltas appellamus: eoſq; coloribus nigro: & albo diſtinguũt: gladiatores ſunt q̃ qui maxime: in nullo fere alio exerciti: hi ſunt qui regis latera ſtipant numero frequentiore: numeroſiore oblectãtur coniugio: quinq; aut ſex mulieres uni uiro nubunt: quos habẽt cariores eos coniuges comprimere uolunt: & id eſt beniuolentiæ argumẽtũ apud eos maximũ: nullus eſt eis pudor: nulla uerecundia: continentia nulla: nate illorum ante puberes annos corpora proſtituunt ſua: cum annum octauum egerint nudæ ipſæ æque ac uiri incedunt: diuitias prope incomparabiles circumferunt: capillum comunt miruminmodum: pulchritudine fere omnes ſuperant uiros præhenſant ut ſtuprent eas: quoniam uirginitas eſt eis pœna. nam nubere non poſſunt uirgines: bis in die comedunt: pane: & uino abſtinent: carnibus: nec piſce ueſcuntur: in cibatu habent orizam: lac: butirum: ſacharum: & arborum fructus: prius cibum non capiunt: q̃ loti fuerint: tacti a non lotis nõ comedunt: niſi rurſus lauentur: & is mos eſt eis pro cerimoniis: eumq; mire obſer

Qualis ſit urbs calichut

Palmis tegunt ædes

Rex idolorum latriæ addictus

Ganſer rex

Nudi incedunt pubetenus

Margaritas auribus pforatis apponunt

Vxores multas habent

Mulieres uirgines prehẽſant uiros ut ſtuprentur

Quibus ueſcatur cibis

Quæ religio in comedendo

uant:uiri & feminæ per urbem incedunt eſitantes foliū quoddā:cui no
men eſt betelle:hoc igit̃ inficit ora:& dentes colore ſubruffo:hoc more
abſtinent tantū obſcuro loco nati:ubi uero ob funera pullā induunt ue
ſtem.in ſpecimen mœſticiæ:tēperant ab folio huiuſmodi . ut & dentes
præſeferant mœrorem:& ſubruffo colori ſuccedit nigricās:rex duas ha

Decē ſacerdotes cōmitantur & cōprimūt uxores regis

bet coniuges & quālibet illarum ſacerdotes.x.aſſiduo comitantnr:eaſq̧
comprimunt:& id in decus regis eximiū fieri iactant:nullum aliū hono
ratiorem titulum regi dantes:q̄ ꝓ eius coniuges ab ſacerdotibus cōpri
mant̃:propterea eorum filii nuſq̄ regno ſuccedunt: ſed ex ſorore nepo
tes regnum capeſſunt.in regia degunt innumeræ mulieres :utpote mil

Nepotes ex ſorore in regnum ſuccedunt

le & quingente:aiuntq̧ id eſſe argumentum regis excellētiæ: nec aliud
hæ mulieres agunt:q̄ puluerulentam domum ſcopis uerrere: aquaue aſ
pergere:quocunq̧ rex eat ſequunt̃:domus aſpergit̃ aqua mixta bouum
excremētis:ædes regiæ tolluntur ī altum:inq̧ eis fontes quibus immer
guntur cum corpora abluunt:cum rex egreditur carpento uehitur :id

Carpentum

Ordo comitātiū regem

eſt currus :quem bini uiri ferunt omni lapidum genere condecoratum:
carpentum ſtipant choraulæ:præcones:bucinatores: & id genus com
pluſculi:patritii uero & eminentiores ſuæ ditionis omnes ſequuntur en
ſes denudatos ac clipeos teretes gerentes:ſagittarii etiam :ac uelites eū
præcedūt itinera explorātes :habet ſuos edituos:& admiſſionales:cono
peo.i.tentorio tegitur:dum incedit : ut apud nos dum pompa ducitur
regum:& principum:& ut aliquando finiam:nullus ē in t̃oto orbe apud

In quāta ueneratione ſit rex

ſuos honoratior:quippe qui inſtar numinis alicuius reuerentiſſime coli
tur:nam ad eum propius quis non accedit:q̄ ad tres:uel quattuor paſ
ſus:cum uero aliquid porrigunt:ac ſi ſtipem darent elephanto: ab ipſis

Regē tangere nephas ducitur

tremebundis id ramo porrigitur:quoniam regem tangere apud eos ne
phas ducitur:cum eum alloquuntur id agunt demiſſis capitibus:manu
ori apposita:& nemo e patriciis regem adiret inermis hoc eſt ſine enſe:
& clipeo:cum regem uenerantur capita manibus tangunt: ſicuti q deū
adorant:qui uero agunt magiſtratus:parui ſunt cenſus:hi regem:nec ui

Mortuū regem comburunt

dent:nec alloquuntur : & īprimis piſcatores:qui ſi forte fortuna ī uicis
urbis occurrerint patritiis:aut effuſe fugiunt:aut ſi perrexerint ire obui
am nobilitati:mox uapulant ſcipione aliquo :patriciorum uero coniu

In foliis palmæ ſcribūt ſtilo ferreo

ges cum rex uitam cum morte commutat:ipſum comburunt ligno ſan
dalio igni ſubiecto:uulgares uero & capite cenſi humantur:barbam co
munt:ratiocinatores ſunt maximi:ac ſcribæ perceleres:ſcribunt in foliis

palmarum ſtilo ferreo abſq; colore uel incauſtro :eſt & aliud genus hominum:qui magna commercia agunt Guſurantes appellantur oriundi ex cambaia prouincia:hi ſuapte natura idola colunt:ſolem uidelicet :& lunam uaccaſq; adorant: & ſi quis uel fortuito buculã occiderit : is protinus morte mulctatur:nihilq; huiuſmodi uiri eſitant : quod mori poſſit:nec pane nec uino utũtur:& ſi qui p imprudentiam carnes comederint : hi mox relegantur:ut oſtiatim uictum queritent per orbem uniuerſum errabundi:uel ſi claro loco nati forent:uacant plurimum incantationibus:diuinationibuſq;:albedine incolas urbis calechut ſuperant : capillum exornant plurimum comuntq;:panno bombicino induuntur: peplis utuntur ut fœminæ quibus inuoluũt capillos:nubent ut noſtri : Zelotipia laborant eximie:mulieres habent pulcherrimas eaſdẽq; pudicas :illorum mercimonia ſunt panni:& uniones.

Guſurantes

Hic q uaccas occidũt morte plectuntur

Prohibent ab eſu carnium

Incantatio nibus uacãt

Capillos comunt

Cap.LXXVI.

De negotiatorib⁹:& itiere aromatũ:& cayro portu Alexandriæ:qui dicitur Babilonia.

SVnt inibi:& alii mercatores dicti Zetieties ex alia prouincia: idola colunt eorum mercimonia ſunt lapides omnifariam preciosi:uniones:omnegenus aurum:& argentum:nigriores ſunt cæteris:prætexta utuntur:aliquando nudi ferunt pro cauda equorum ac bouum caudas:faſcinatores ſunt maximi adeo ut uiſibiliter demones frequentius alloquantur:eorum cõiuges libidinoſiores ſunt cæteris mulieribus:ſummeq; ueneris appetentes.Ibi etiã ſunt mauri ex regiõe mechæ: ubi maumethis ara:Ibi rurſus turcæ:perſæ:aſſirii ex babilone : & fere inummerabiles gentes aliæ:eximii ſunt mercatores iidemq; locupletiſſimi:& omnium rerum:quæ importantur in urbem calechut emptores: earundẽq; uenditores:nã eius urbis hæ ſunt potiores:uidelicet lapides pcioſi:ut ſũt berilli:ſmaragdi:chelidõii:topatii:ſaphiri : criſoliti: & id genus plures:caſtoreum.i.muſcum:ambra:thus:aloe : ac reubarbaꝝ porcellanæq;:necnon gariophilum:cinamomum:ſandalium:lacha:miriſtica:nux muſcata appellat̃:& maſtix:hæc omnia aliunde importantur: piper uero:& Zinziber ibi naſcuntur:mirobalanumq; & caſiam hæc regio urbis calechut abunde mittit:hi igitur mauri ſunt præpotentes : & regni illi⁹ tenẽt habenas:nẽo ẽ q illis poſt regẽ nõ pareat : In mõtibus uero nõ longe ab urbe calechut rex dominat̃ lõge potẽs:multaꝝ rerum domin⁹ naremegha dr̃:Idola colit:cõiuges hẽt ſupra trecẽtas:fato fun-

Zetieties

Quæ ſint eorũ mercimonia

Pro cauda ferunt equorũ & bouũ caudas

Qui mercatores huc accedant

Quæ potiores merces

Naremegha rex ſupra trecentas habet uxores quæ mortuo rege cum eo comburunt

Vide mira de maritis mortuis

ctꝰ ſuo comburitur:& cum eo coniuges omnes : cæteri uero cum uitã
exuerint in fouea comburuntur : & eoꝝ coniuges omni mundo mulie-
bri exornatæ illo contendunt:concomitantibus parentibꝰ: & cognatis
omnibus:ſubſequẽtibuſq; choraulis:& tibicinibus aplauſu ĩmodico ad
foueã deueniunt:& ibi coniunx quæ comburi uult cum uiro circũuehit̃
foueam geſtiens:ac tripudiis inſiſtens: & demũ ut cancer reptãdo ince
dit:quoad ſeſe in ardentem foueam præcipitet : aſtant etiam memorati
affines obſeruantes factũ:quoniã cum ſeſe præcipitem dederit mulier:
mox iniiciunt ollas olei:& butiri ſupra corpus mulieris : ut hoc fomẽto
altus ignis:citius comburat coniugem:fert etiam hæc regio elephantos
multiplices:& imprimis domitos:ac belli artes edoctos:his bella confi
ciunt acerrima:hi etiam adeo ſunt cicures:& manſuefacti:ut nihil eis de
ſit ad humanitatẽ præter loquelã:nam imperata faciunt :& dominos co
gnoſcunt ſuos.id.n.nos ipſi conſpeximus in urbe calechut :uerãq; de
narramus hiſtoriam:nam aure certior arbiter eſt oculꝰ: elephantes qui
bus rex utitur:efferantur plurimum uiriumq; ſunt incredibilium :nam
duo tãtũ nauim magnã trahunt in terram.Ibi maria nõ ſulcant nautæ:
niſi ab menſe octobri uſq; per totũ menſem martii: & id eſt illis æſtas :
reliquũ uero tempus eſt hiems:adeo ut nobiſcũ contrarias uices tẽpo-
rum hẽant:cum uero nõ nauigant in ſico naues tenẽt.In menſe nouẽbri
naues arabũ mechæ ſoluunt illinc:& in arabiam contendunt aromatum
omni genere onuſtæ:uida dicitur eorum portus:quo primo aromatã cõ
uehunt:& inde ferũt ad cairũ alexandriæ portum :& Emporiũ orienta
lium cãtatiſſimũ :eo tamen hæc omnia ab portu uida terreſtri itinere
conuectantur.

Mãſuetudo igeniũ & docilitas elephantorum

Quo tẽpore nauigant

Contrarias nobis tpum uices habẽt

Vida portꝰ

## Cap.LXXVII.

### De ſtrage maurorum:& chriſtianorũ facta in calichut.

CVm itaq; diutius ĩmorati illic fuiſſemus :tribus uidelicet mẽ
ſibus commerciis inſiſtẽtes:nec niſi naues duas mercibꝰ one
rauiſſemus:& iam moræ iſtius nos tederet plurimum:præfe-
ctus noſtræ claſſis mittit ad regem nuncios:qui ei renuncient iam men
ſes ternos elapſos qbus ipſe tollerantiſſime præſtolabat̃:ut tãdẽ aliquã
do expediret̃:quoniã tẽpus redeũdi ad pꝛiam appetebat : & tamẽ uix
celoces duas oneratas mercimõiis eẽ.mauros nihilominus emiſſe : & aſ
portauiſſe qcũq; libuiſſet:& uili qdẽ præcio ſe ꝑpea rogare plurimũ:ut
tãdẽ ãnuat portugalleſiũ uotis:patiaturq; eos expediri ꝓut iter regẽ:&

Præfectus claſſis mittit ad regẽ nuncios

araſchoream conuenit iampridem:hæc retulit nr̄ nuncius : iis in hunc ſere modum Rex reſpondit:ſe non difficulter paſſurum:ut luſitanæ naues expediant̄:nec ſibi poſſe pſuadere mauros furtim mercari :quando qdem exierat edictum ab eo:ut prius nemo naues oneraret :q̄ Luſitani expediti forent:ſi forte ſibi impoſuere mauri:ſe haud ægre laturū:q̄ luſitani maurorū onuſtas naues corripiāt:& ſibi uendicent eodē præcio: quo emiſſent mauri cunctas merces quas nanciſcent̄ in nauibus : Itaq̧ xvi.decembris dum araſchorea uacat cōmerciis eſſentq̧ i portu duæ naues noſtræ iā onuſtæ:ecce mauro℞ nauis qdam ſoluit illinc onuſta admodū oī genere aromatū ferens elephantos ternos:cuius rei certior factus præfectus nr̄:mox ratē corripuit:huius erat dominus mauro℞ Illuſtrior:is egre ferens factum:it protinus ad regem queſtus grauiter de illatis ab luſitanis:fit p urbē clamor ingens:confluūt ad regem mauri : q in nos conſpirauerāt:rex igitur fatigatus is querimoniis ānuit :ut uir ſeditioſus:& fidei nullius:nam ut citius regem flecterent:alebant nos plura iā exportauiſſe: q̄ attuliſſemus in regnū eius:noſq̧ ppea fures uocitabāt :& prædones:de conſenſu igitur regis ſumūt mauri arma : telaq̧ expediunt:& efferari incipiunt:per mediam urbem bachantes ibant:cedibus:& internitioni chriſtiano℞ uacantes:Iam ruebant cateruatim in nos oī armo℞ genere cōmuniti cum ſolis enſib⁹:& palio protecti : uim ingruentē propulſare cepimus:uerū ſufficere illis nr̄æ uires neqbant : maior erat numerus q̄ a nobis redigi in ordinem poſſet : retulimus igr̄ pedē & iam e nr̄is ceciderant tres uel quattuor:e ſuis uero ſeptem uel octo:dum:igitur pedem retrahimus conſauciantur e noſtris complures:& uix portas occludere quiuimus:irruente barbaro℞ incondita turba:tunc e muris propulſare cepimus hoſtem:at illi domū expugnant: ea enim ambiebatur muro alto quidem haud ſupra equitis menſuram : nam nos ſeptem uel octo arcus habebamus:qbus innumeros barbaros confecimus: tandē prouocati magis mauri in nos plus ſolito ſeuiunt:murū quo cingebatur domus demoliuntur:nos uero conſilii:& opis egentes euaſimus ædes ut ad littus contendentes a noſtris exciperemur : nam non longe a littore cimbæ noſtræ exitum rei mœſtiſſime præſtolabantur:opem ferre non poterant :licet certiores facti eſſent a nobis uexilo leuato dum adhuc domi obſideremur : uerum tormenta ledere hoſtem nimis diſtantem nequibant. Itaq̧ inter uitam:& mortem ambigui ad littus contendimus ſequentibus mauris:nec prius naues noſtras

Reſpondet rex

Onuſtā aromatib⁹ nauē corripiunt

Arma ſumūt mauri contra chriſtianos

Inuicē præliantur

Domū expugnant

Edes euadūt

Araſchorea occidit̄ & alii qnquagita

Vigiti euaſere

Decē naues mauroꝝ corripiūt̄ & ſexcēti ex eis deſiderātur

Elephantos tres occidūt & comedunt

Vrbis mœnia tormētis demoliunt̄

igredi potuimus q̄ ceciderit araſchorea nr̄:& e noſtris qnquaginta: qui uero euaſere ſe iactabundo mari nantes credidere fere.xx.non .n. naues ad littus accedere audebant: ne corriperent̄ a mauris: inter eos qui ad claſſem puenere fere mortui: erat filius araſchoreæ natus annos undecim:præfectus uero cimbarum iam feſſus:regredi ad littus noluit cum præſertim dux claſſis egrotaret.Igitur hi ſolum uiginti mortē euaſere:reliquis ab mauris male acceptis : hæc igit̄ ut ſunt relata præfecto claſſis ipſum peruaſere plurimū mouereq; ad excādeſcentiam:q̄ uidelicet ſui adeo male accepti fuiſſent: ut uix uiginti e tot uiris ſupereſſent: Itaq; iuſſit naues maurorum decem quæ in portu morabantur corripi : & occidi omnes qui in eis reperirentur:captis igitur nauibus:deſiderati ſunt homines pluſq̄ ſexcenti:delituerant nonnulli in ſentina: ubi etiam merces cōpertæ ſunt cōpluſculæ:uiros cōtrucidauimus: & oēs merces nobis adiudicauimus:& naues omnes combuſimus:erant etiam in nauibus elephāti tres quos occidimus comedimuſq;. ſequenti uero die propius urbem appulimus:& exoneratis tormentis mœnia demoliti ſumus non ſine hominum ingentiſſima clade. Illatis damnis innumeris : & inuicem ipſi e continente & tormenta in nos exonerabant:uerum nihil profecere in uanum emittentes:dum ſic congredimur:ecce naues duæ quæ portum quærebant:q diſtat a calechut leucis quinq; : quæ ut nos conſpexere mox effuſe fugerunt ad portum contendentes :ubi ſeptem aliæ naues fere in ſico mercimonia opperiebantur.In eas igitur uela fecimus: uerum operam luſimus:quoniam propius accedere nequibamꝰ: tum quia erant prope in arido:tum uel maxime ob numeroſiorem hominum cetum:qui inibi naues tutabantur:propterea decreuimus proficiſci ad urbem chuchinam:ubi cōmercia exercere tutius quiremus.

Cap.LXXV III.

Q uomodo naues onerauimus.

Cuchinum urbs

SOluimus igit̄ illinc cuchinum uerſus euntes quæ urbs abeſt a calechut leucis triginta:regnumq; eſt nulli parens : & inter nauigandum : a nobis conſpectæ ſunt naues duæ:quæ(cum uela feciſſemus in eas)mox:a ſuis deſertæ ſunt : nam qui eas ducebant uecti paruis cimbis profecti ſunt in terram : nos uero accendentes eo : nullis compertis mercimoniis:præter orizam eas comburi iuſſimus:applicuimꝰ ergo ad urbē cuchinā uigeſimo q̄rto decēberis:& ī oſtio cuiuſdā fluminis āchoras iecimꝰ:qbꝰ iactis præfectus nr̄ emiſit pauperculū.

quendam conſeruatum: qui ſponte ſua naues noſtras fuerat ingreſſus: ul troq; in hiſpaniam proficiſcebatur. Is igit̃ ad regem cõtendit & quæ no bis i urbe calechut euenerãt regi explicat: qui ubi hæc accepit: ut regẽ decuit: nobis compaſſus: uicem noſtrã indoluit: expoſuit etiam regi pſe ctum noſtrum multa adduxiſſe: quæ libenter cum mercibus regiõis (ſi complacitum foret regi) cõmutatur⁹ erat: & ubi merces nõ placuiſſẽt pecuniã pollicebatur multiplicem: ad hæc reſpõdit rex ægre ferre illa tas nobis fuiſſe iniurias: quod uero ad ſe ſpectaret merces ſuas: aduentũ q; eorũ grata habere: quandoquidem iampridem de fama: & probitate portugallenſium certior factus fuerat: bonam ppea de eis opinionem in duerat: accederemus itaq; intrepidi cõmutaturi noſtra cum ſuis pro no ſtro arbitratu: Tunc nũtius nr̃ infit regi: nos nunq̃ ex uetere iſtituto cõ ſueuiſſe prius terram appellere: q̃ obſides dati fuiſſent: mitteret propte rea e ſuis quempiam: ut mox accederent negociaturi. Tum rex his audi tis: actutum duos patritios obſides dedit: ut confidentius accederẽt no ſtri qui cõmercia exercebant: hi igitur obſides regio iuſſu adiuere præ fectum claſſis: ſeſe illi committentes: præfectus uero ut uiciſſitudinem rependeret quattuor aut quinq;: e ſuis in terram miſit: negociatoremq;: & hos commonefecit: ut q̃ celerius poſſent expedirent merces ſuas. In uicem emerent eorũ mercimonia præcio aliquando: nõnunq̃ uero per mutatiõe: prout conducibilius fore rati fuiſſent. Interea quoniam apud eos is iualuit mos ꝓ lege: ut i mari ſi qs comederit is nũq̃ regẽ uideat: obſidũ nemo adhuc comederat pmutabant̃ i diẽ ppea aliis ſuccedẽtib⁹ tãtiſp: donec alii comediſſẽt. Igit̃ illic cõmorati ſumus dies circiter. xv. naues exonerãtes nõ lõge ab urbe cuchina: ubi portus ẽ q dicit̃ Carna gallo: & ibi cõperim⁹ chriſtiãos: iudeos: mauros: & Zapharas. Inuẽim⁹ ẽt ibi Iudeã quãdã de ſeuilia: q ex cayro uenerat uiſũ mechã: & ide cu chinũ: & cũ ea erãt duo chriſtiãi: q aſſeuerabãt ſe ꝑfecturos hieroſoli mas: & ide romã: qđ ꝑfecto pq̃ gratũ præfecto nr̃o fuit: dũ itaq; naues nr̃æ exonerantur: ecce ingens claſſis regis calechut in mari apparuit naues ſupra. xxv. trahens: huius certior factus rex illico ad præfectum mittit quendam: qui ei nomine ſuo uim hominum maximam ad claſ ſem profligandam offerat: huic præfectus reſpondit ſe regi agere gra tias: nec per id tempus opis ſuæ egere: ſe ſatiſfacturum aduentan ti claſſi oſtẽſurumq; illis eorum futiles conatus: & re uera credidit haud quaq̃ ſibi opus fore alieno auxilio: quoniam iamprdem expertus fuerat

Per interrũ tium regem cuchini allo quuntur

Obſides a re ge dantur

Prefect⁹ nõ nullos e ſuis in terrã mit tit

Mos illorũ alias inauditus

Portus car nagallus

Claſſis regis calichut

Præfectus claſſis i claſſem barbaroꝝ cōtēdit

Vtrinq; naues ſe bello expediunt

eorū uires:& ipſi non accedebant:ſed altum tenentes ab claſſe nr̄a una leucha aberant:nihilminus præfectus uela explicare iuſſit ab portu ſoluens:& obſides ſecum ferens:dimiſſis in terra:e noſtris ſeptem:& pleno gradu contendit in claſſem barbarorum:ratus nō difficulter ſe ſubacturum barbaros:uerum ſequenti nocte claſſis noſtra uentos haud habuit fœlices ut in hoſtes contenderet:poſtera uero die quæ fuit decima Ianuarii.M.D.I.propius alter alteri acceſſit adeo:ut congredi commode potuiſſemus:dum igitur utrinq; naues ſe bello expediunt:præfectus recenſens ſuos uidit nauim ſancini Tonari abeſſe propterea ſatius cenſuit ſi per id tempus temperauiſſet a pugna:decreuit igitur in patriam redire ſuam fauentibus uentis:nos tamen uſq;quaq; per diem totam claſſis calechut conſectata eſt:cum uero aduesperauiſſet mox euanuit : nos uero citato gradu patriam petebamus:dimiſſis ſeptem e noſtris : & duos nobiſcum ferentes obſides:quos cepit præfectus enixe rogare ut ſe tempori accomodarent : nec deſperarent : uerum cibum quempiam caperent:ut ſuæ uitæ conſultum iret:nam triduo iam famem ſuſtinuerant : tandem adducti ducis hortamentis comederunt non ſine mœſticia:nos uero uerſus Luſitaniam uela fecimus.

## Cap.LXXIX.

### De rege chanone amico noſtro.

Regnum Chanonæ

Rex ad præfectū claſſis mittit

ITaq; dia.xv.Ianuarii ad quoddam appulimus regnū qđ chanonā appellant de Gafferes:quodq; ab calechut parum abeſt:& eiuſdem ſunt linguæ:dū igit̄ e regione regni hmōi nauigamus rex ad nos amice nunciū mittit qui referat ſe ægre tuliſſe:ꝙ eo pri⁹ non conceſſerint q̄ alio iuiſſent:uerum eos hortari plurimum ut ſi merces non habent:quæ uoto ſuo faciant ſatis:ſe uberrime daturum protinus:ad hæc præfectus reſpondit oneratas iā eſſe naues:nec alterius egere niſi cinamomi bacharis centum:quæ ſunt. cccc.cantara : id eſt uaſis genus:hoc accepto rex illico ad ducem cinamomum mittit diligentiſſime fidenterq;:pro eo dedit præfectus pecuniam ſignatam cruce: cruciferos appellant:poſthæc eo conuehebatur cinamomi plurimum certatī cimbis frequentantibus:uerum nullus ſupererat ulteriori merci locus: onuſtæ erāt admodum naues:rex uero ratus nos non habere pecunias: rurſus ad nos mittit:qui renuncient regem ſponte daturum mercimōia abſq; pecuniis:ſoluerēt modo cum rediiſſent:nec ob id deſineremus cō mercia noſtra abſoluere : quoniam audiuerat regem calechut bona nr̄a

deprædatum fuiſſe publicatis noſtris mercimoniis: ac illata hominum chriſtiani nominis ſtrage non mediocri: addebat ēt cōpertū habuiſſe iā pridē inconcuſſam fore portugallenſium fidem: ſe ppea eſſe prope addictum nobis: huic itaq; regiæ uoluntati: & opinioni de nobis tā benigne correſpōdens noſter præfect⁹ (ut erat uir acerrimi ingenii) nō uulgares retulit gratias: & eas ſe relaturū quādoq; ingenue profeſſus eſt & introducto nuncio uim pecuniarū maximam: quæ ſupſuerat: oſtendit: & rurſus querenti regi an alicuius egeret: reſpondit nullius: niſi uiri cuiuſpiam: quē ſecum in patriā ducat: qui rerū portugallenſium teſtimoniū locuplex aliquando regi faciat: rex igitur protinus patricium quendam miſit: qui nobiſcum iret in patriā: non prius tamen illinc ſoluimus q̄ de obſidibus regi chuchini ſcriberemus: certiorem facientes regem: nos ire in Luſitaniam: & obſides fore apud nos ſua cauſa in præcio: & fauentibus ſuperis redituros q̄primum: & noſtros inſuper ſuæ altitudini cōmendabamus: dedit etiam præfectus noſter negociatori lr̄as: quibus hortabatur uirum: & ſocios ut bono eſſent animo: & negotiarentur tātiſp: donec redirent: futurum ſibi decus ingens quod inibi chriſtianū nomē exornent: cum apud immortalem deū: cum ēt apud principem noſtrū: & reliquos conterraneos omnis. Itaq; apud hunc regē diem unam duntaxat conſumpſimus. Illinc ſoluentes: uela uentis dedimus: iter facientes uerſus melindæ regnū ultima Ianuarii luce ſinum traiecim⁹ melindæ: & ibi nauim comperimus combaie ex melinde regno: ueniebat onuſta mercibus cōpluſculis: hanc cepimus: arbitrati fore mechæ regni: aut maurorum: ferebat enim ſupra trecentum uiros ſexus utriuſq;: ubi uero apparuit eam eſſe regni Gābiæ: mox dimiſſa eſt: paſſa iacturam nullā: pilotū ſolū accepimus ab eis: & demum iter noſtrum perſequuti ſumus.

Nauē cābaiæ capiunt

## Cap. LXXX.

### De naufragio ſinus melindæ.

Die. xii. Februarii ſub noctē piloti omnes. i. itineris duces & reliqui: qui cartam nauigationis optime callent: terram applicuere: tum Sanctus Tanarus: qui præfectus erat īgētis nauis ultro ſe obtulit itineris præuium: & explicatis uelis: ipſe rates omnis preibat: & ecce nocte intempeſta: mare ſeuit undabundum admodum: claſſem actutum conturbat: modo huc modo illuc impellens: & tandem ſancti nauim impulit in ſicum: cepit protinus conflagrare: ubi ignis emicuit mox certiores huius inauſpicati euentus reliquas naues

Sanctus tanarus

Nauis incēditur

reddidit:quo uiſo igne:iuſſit præfectus claſſis naues eo uela facere ubi

Nox erat tenebricoſa qa luna pernox non erat

ignis emicuerat:nox erat tenebricoſa cũ lũa ꝑnox minime foret:uẽti ẽt magis inualeſcebant:adeo ut uix tempeſtatem ferre poſſemus:non audebat propterea claſſi propius accedere:ne & aliæ naues igne corriperentur:miſit itaqꝫ eo paruas cimbas ut iactis in pelagus mercibus: uel ipſos homines uendicarent ab incendio: uerum nauis iam dehiſcebat :

Nauis cõflagrauit

conflagrabatqꝫ:ut nullus ſpei locus ſupereſſet:ardebat enim tanto incẽdio:ut prope naues alias ignis corriperet.his uiſis uela deſerentes remigare cepimus :& omnium mercium nauis combuſtæ iacturam fecim⁹: ſaluis tãtum uiris: nam aromata omnegenus ferebat nauis quæ arſit : & ea erat ducentorum doliorum capax:& in hoc ſũmerſu: & conflagratione nihil prorſus ſeruatum eſt.uiri enim ſolis tunicis interioribus induti

Verſus prouinciam monachiæ tendunt

incendium euaſere.illinc itaqꝫ ſoluentes prætermiſſo regno melindæ : quoniam eo concedere minime licuit uerſus monachiæ prouinciam iter direxim⁹.& inde ligna:& aquã ſumpſimus reductis in terram nauibus: ne ab fremente ſalo ſummergerẽtur.nam plenæ rimarum erãt undequaqꝫ perfluentes:tunc præfectus claſſis miſit ſanctum quæſitum celocem quampiam:necnon pilotum quo præuio inſulam Zaffale explorarem⁹: interea nos naues farciebamus : inde ſoluentes:petere iſtituimus locum quendam piſcoſum ubi piſces erant innumeri.ibi igitur uberrime piſcati ſumus:& cum multum piſcium conſecuti eſſemus :illinc abeuntes in

Nauis a tempeſtate ſubmerſa

atrociſſimam tempeſtatem rurſũ incidimus:quæ perinde nos interturbabat:ut coacti fuerimus gradum referre:& dum ſic iactamur maris fluctibus:nauis quædam e noſtris correpta eſt ab ſeuiente ſalo.

## Cap.LXXXI.

### Quot naues redierint in Luſitaniam.

ITaqꝫ poſt tot naufragia : & animi interturbationes : & fere omnium rerum iacturam : ac intertrimenta:die paſce Sancti Pneumatis caput bonæ ſpei appulimus. id.n.eſt promontorium:quod Pomponius frontem affricæ appellat:ubi affrica ſe cuneat :

Ad promontorium bone ſpei applicãt

& faſtigiatur admodum . Inde uero uentis proſperis ad id oppidum : quod adiacet promontorio uiridi deuenimus : Regnum Teſenice dicitur:ibi itaqꝫ nacti ſumus liburnicas tres : quas nuperrime Rex Luſitaniæ eo miſerat gratia explorandi orbis : ut eſt uir ad magna quæqꝫ altus & educatus . Illic etiam comperimus nauim quandam : quæ ſeuiente freto a noſtro conſpectu euanuerat : e regione hoſtii ſinus

Vir ad magna quæqꝫ altus

mechæ:nam in urbe quadam cõmorati fuerant:ubi & cimbam : & ma
iorem hominum partem reliquerant:redibat enim nauis uiros ſeptem
tantummodo ferens:eoſq; ægrotantes:utpote qui uinum non bibebãt:
nec itẽ aliam aquam:q̃ pluuiam bibebãt in naui:ut aſſolet :collectam :
tandem aliquando appulimus uliſbonam: ſolum patrium: fere ulti-
ma iulii:poſtridie uero ſuperuenit ea nauis:quæ euanuerat dum redire
mus:necnõ & ſanctus Tonarus cum celoce quam fabricatus fuerat i i
ſula Ziphile:& is nobis referebat eam inſulam eſſe perq̃ anguſtam in
oſtio cuiuſdam ſinus ab mauris cultam : & ibi montes fore:ubi aurifodi
næ ſunt q̃plurimæ:addebat etiam eo compluſculi alii contendere em-
di auri gratia permutatione rerum multarum:& id tempus quo ſanctus
illuc cõceſſit:comperit ibi q̃plures maurorum naues:cepitq; inibi mau
rum:qui apud eum tantiſper obſidis officio fungeretur:donec chriſtia-
nus quidem rediiſſet:quem ipſe in arabiam cauſa explorandæ regionis
deſtinauerat:cum autem nuſq̃ comparuiſſet: uela uentis dedit : ſecum
ducens maurum:& tandem in patriam diu optatam peruenit:nec etiam
id uos latere uolumus:uliſbonam e tanta claſſe ſex dũtaxat naues rediiſ
ſe : reliquis peſſundatis cum hominum ſtrage : necnon mercium infi
nita iactura.

Vliſbonam rediere

Aurifodine

E magna claſſe:ſex naues tantum rediere uliſbonam

## Cap.LXXXII.

### De pondere:& moneta eorum.

POſtq̃ in ſuperioribus meminimus mercium fere omnegenus : ſupereſt nunc:ut nonnihil de precio :& pondere earum in medium afferatur.Igitur in urbe calechut bacar nucum muſcatarum : id eſt menſuræ genus continens cantaros quattuor : non pluris uenditur : q̃.cccc.l.fauis : & faui.xx . Ducatum ideſt numum aureum efficiunt.

Preciũ merciũ & põdus

Item cinamomi bacar.cccxc.fauis.
Item faracula aridi Zenziberis:ideſt.xx.bacari pars fauis ſex.
Item faracula Zinziberis ſacharo conditi fauis.xxviii.

| | |
|---|---|
| Item bacar Tamarindi.fa.xxx. | Item.ba.Piperis pcerioris.fa.cccc. |
| Item.ba.Zerombeci.fa.xl. | Item.ba.Mirabolani.fa.D.lx. |
| Item.ba.Zedouarie.fa.xxx. | Item.ba.Sandali rubri.fa.lxxx. |
| Iaem.ba.Lache.fa.cclx. | Item.ba.Sandalii.fa.c.lx. |
| Item.ba.Maſticis.fa.cccc.xxx. | Item.fa.canfore.fa.c.lx. |
| Item.ba.Piperis.fa.ccc.lx. | Item.fa.Thuris.fa.v. |

Item.ſa. Belzuini.ſa.vi.
Item.ſa. Caſſiæ.ſa.ii.
Item.ba.Garophili.ſa.Dc.
Item.ba.Sandali albi.ſa.Dcc.
Item.ſa.Ligni aloe.ſa.cccc.
Item.ſa.Reubarbari.ſa.cccc.
Item.ſa.Opii.ſa.cccc.

Itē mitricale ambre qđ unzie ſex cū q̄rta efficiūt mitricale unū ambre ≈
Item.ba.unū .xx.ſarazole efficiūt:ſarazolā uero.xiiii.aratollæ: & tertia pars unius efficiunt portugallenſium: quoniam Venetiis.xxiiii.aratollæ libr. efficiunt.xxxii.& ſecūdā partē:ad ſummā igit̃ numus aureus non pluris ualet q̄.xx.fauis:poſthæc dicendum eſt de præciis rerum quas domo attulimus uidelicet quanti uendantur in urbe calechut.

Item.ſa.æris.ſa.xlv.
Item.ſa.plumbi.ſa.xviii.
Item.ſa.argenti.ſa.liiii.
Item.ſa.aluminis.ſa.xx.
Item.ſa.coralli albi.ſa.mille.
Item.ſa.coralli obliqui.ſa.Dcc.
Item.ſa.coralli nothi.ſa.ccc.

Item almenum unum quod eſt pondus excedens menſuram portugallēſium aratis duobus & medio:quod efficiet libr.tres uel circa more ueneto:& hoc pondere uendunt crocum fauis uidelicet.lxxx.

Cap.LXXXIII.

De regionibus unde cōportantur aromata.

Vnde aromata aduehuntur

NOn abſonū igit̃ crediderim ſi eo℞ loco℞ nōnihil meminerim: unde afferunt̃ aromata fere omniū gene℞.Piper itaq; aduehitur:e turri quadam quæ eſt ultra calechut ſecus littus ad leuchas fere.L.Cinamomū mittit regio dicta Zalon:nec alibi iuenit̃: ea ē ſupra calechut itinere leucha℞.cc.lx.Gariophilum fert meluza regio: q̄ abeſt a calechut ad leuchas duodecī more Luſitāo ī loco q̄ dr̃ canāor. Nuces uero muſcatæ:& maſtix afferunt̃ ex meluza: q̄ abeſt a calechut leucis. Dcc.xl.caſtoreū hoc ē muſcatū uēit e ꝓuīcia q̄dā q̄ dr̃ pego:di

Caſtoreum

ſtāte a calechut leucis.D.uniōes uero ꝓceriores affert plaga armuzi citra urbē calechut leucis.Dcc.ſpig⁹ nard⁹:& mirobalanus aduehunt̃ ex

Vniones ꝓceriores

cōbaia ꝓuīcia citra calechut leucis.Dc.caſſiā ī ſurculis mittit urbs ipſa calechut:mittūt uero ſua thura ſabei citra calechut leucis.Dccc. mirrā

Mittūt thura ſabei

Fartica fert regio citra calechut.Dcc.lignum āt aloe: & Reubarbarum Camphorā:& calingā mittit chiua regio ultra calechut ad mille leucas. Zerombā fert calechut:cardamomum maius canona mittit oppidū calechut:lōge ab eo leucis duodecim.Piper lōgū in ſame īuenit̃:bēzui:& zan ultra calechut leucis.Dcc.tamarīdum:& zedouariā mittit urbs ca

lechut lachim mittit oppidum dictum ſamoterra ultra calechut leucis.
ccccc. Braſille fert regio Tanazar ultra calechut leucis. D. opiũ fert
plaga adde citra calechut. Dcc. Satis igiť ac ſup dictũ ſit de pōderib⁹
& rer̨ præcio: necnō de locis unde hęc aduehunť. Finis.

Incipit nauigatio regis hiſpaniæ: qua multas regiones hacte-
nus orbi icognitas inuenit. Inuẽtaſq; coli iuſſit: & frequentari.

Cap. LXXXIIII.

Quomodo res hiſpanian̨ dedit liburnicas duas chriſtophoro colũbo.

ITaq; chriſtophor⁹ natiōe italicus: pr̃ia genuẽſis gẽte colũba:
uir erat ꝓcera ſtatura: colore ad rubedinẽ iclinato: facie oblō-
gus. Is cũ diutius i regia regis hiſpanian̨ iuictiſſimi diuerſatus
fuiſſet: animũ iduxit ut hactenus inaceſſas orbis ptes pq̄ diligẽter pagra-
ret: petiit ppea rurſus & iter̨ iſtãtiſſime ab rege memorato: ut uoto ſuo
tã pio nō deeſſet: futurũ ſibi: & toti hiſpãiæ decus pclar̨ adſeuerabat ſi
ſua opa: & ipẽſa nouas inacceſſaſq; regiōes nact⁹ foret: & ad id opus na-
uãdũ ultro ſe offerebat: nã pollicebať plures poſſe nanciſci i occidẽte i-
ſulas: q̄ ad uſum: imo ad delicias mortaliũ minime forẽt ineptæ: & ipri-
mis i eis iſulis: q̄ cōterminæ ſunt indiæ iuenire poſſe arbitrabať: bacas
i. uniones lapideſq; præcioſos fere oẽ genus: necnō aromata oīſariã auri-
q; plurimũ. hæc meditãtẽ rex: & regina idẽtidẽ deriſere: utpote cogitã-
tẽ inania: & pẽſi nullius: uertebať q; hic ſermo ꝓpe i fabellã: tãdẽ pactis
ãnis. viii. iſiſtẽte adhuc colũbo cepit rex his ſermōibus aures præſtare
attẽtiores: decreuitq; poſt multa experiri uiri ingeniũ: ppea i effectũ hu-
ius celebris inſtituti: iuſſit liburnicã unam: & celoces duas oī genere an-
nonæ armamẽtorũq; cōmuniri: quibus expeditis prima ſeptẽbris luce.
M.cccc.xcii. ſoluit ab hiſpanis littoribus & diu optatũ iter agreſſus eſt.

Chriſtophorus colũbus

Bace

Rex uotis columbi annuit

Liburnica una & celoces duæ expediũtur

Cap. LXXXV.

De inſulis compertis ab columbo uiro acerrimo.

ITaq; ſoluit: a gadib⁹ iter faciẽs uerſus iſulas fortũatas: q̄s nũc
hiſpãi appellãt canarias: ob id q̄ cãib⁹ maxie abũdẽt: ãtiq ue-
ro fortũatas dicebãt. hæ. n. abſũt a gadib⁹. M.M.cc. ꝓut ipſi
cōputãt ſuas leucas: dãtes unicuiq; leuce. M. iiii. fortũatas ppa eas dixer̃
ob aeris miram temperiem cœliq; clementiã: ſunt i climate per ſyenem
uerſus meridiem: eas incolunt ferinæ gentes: quibus nulla eſt religio:
nullius dei timor: nulla uerecundia: utpote qui nudi incedunt uſq;
quaq;: eo columbus conceſſit aquæ nonnihil ſumpturus ut ue inibi

Soluit a gadibus

Fortunatæ inſulæ nunc canarie dicũtur & ſunt i climate diaſienes

Canariorũ mores

Qui ſulcāt incomperta maria labores maximos exanclant

Variæ inſulæ cōpertæ

ſocii prius parumper conquieſcerent:q̄ atrocioribus aſſueſcerent laboribus:nam qui ſulcant maria incomperta : his neceſſe eſt prope labores innumeros exanclare:ſoluēs igitur illinc arabat maria:& per dies.xxxiii. totidemq; noctes nauigans uerſus occidentem:nihil telluris unq̄ apparuit:tādem e ſpecula quiſpiā inſulas quaſdam conſpicatus eſt:propius accedentes uidere inſulas.vi. quarum duæ erant uaſtiſſimæ: eiſq; nomina indidit alteram iſpanam:ioannam alteram nuncupauit.

## Cap.LXXXVI.

## De magnis Inſulis.

Luſiniarum concentus

Amnes limpidiſſimi

Ventus chorus

Malus arbor nauis

E faucibus neptuni erepti ſocii

Fugax hominum genus

Scita neſciunt obſonia

Satura & nouo cultu amicta mulier alios ad commercia prouocat

IOannam non ſatis compertum habuere utrum foret inſula uel ne: dūtamen eius latera legunt:audiuere innumeros auiū concentus:& imprimis luſciniarum :quæ denſiſſimis nemoribus inerrabant:menſe nouembri:inibi ēt conſpexere limpidiſſima flumina eademq; ad potandum ſuauiſſima:portus magnos celebreſq; : & cum uento choro nauigarent:prouecti ſunt magis ſecus inſulæ littora : nuſq̄ tamen ad calcem peruenere:cum igitur progreſſi fuiſſent fere.M. Dccc.& nullum terminum adhuc comperiſſent credidere continētem fore:propterea decreuere gradum referre:impellente pelagi ſeuitia :nā malus.i.arbor nauis nutare incipiebat:conuertit itaq; nauim ad orietē : & mox deuenere ad eam inſulam quæ dicitur Iſpana: & cum ſumme appeterēt terram explorare quæ ad aquilonem uergebat :& iam ipſis terræ appropinquantibus : condicto ratis maxima in ſcopulum quendam colliſa eſt:adeo ut iam dehiſceret:uerum ſummergi nequiuit ob planiciem ſaxi:mox accurrūt cum cimbis uiri celocis alterius:& ſocios e faucibus neptuni eripuere fere moribundos:cum terram appuliſſent conſpecti ſunt ab incolis eius inſulæ:qui protinus effuſe fugerunt in nemora denſiſſima:nō aliter q̄ ſi fugacē leporem conſectaretur canis : genus inauditum:noſtri tamen ueſtigia perſequuntur fugientium: & mulierē quandam corripuere:quam cum ad naues reduxiſſent uino : & obſoniis prope diſtentā:& eleganter ueſtitam miſſam faciunt:nam ipſi nudi incedunt:& humaniores ignorant delicias.

## Cap.LXXXVII.

## De ſitu:& moribus iſpanæ inſulæ.

QVā primum igitur hæc mulier deuenit ad ſuos ſatura & prope farta:cultuq; inſolito ueſtita decentiſſime: alii hac liberalitate adducti mox certatim:cateruatiue ad littus concurrunt:rati ge

nus eſſe diuinũ: nã deſiliebant in pellagus ſecũ ferentes aurũ: qđ cum ollis teſtaceis uaſiſq; uitreis pmutabant: pro minima quaq; re ẽt deſpicabili aurũ dabant: exempli gřa: ſi qs dediſſet fruſtũ ſpeculi confracti protinus aurũ conſequebat̃: contracta igitur amicicia uigentibuſq; commerciis: noſtri cepere diligentius eorum uitã: & mores explorare: compereręq; protinus eas regem habere: ppea petẽtes mediterranea: hoc eſt in interiora inſulæ: ab rege eorũ perq̃ honorifice ſunt excepti: cum uero ad ueſperauiſſet: edito ſigno de more ſalutandæ uirginis: noſtri genua plicabant quos emulabantur barbari itidem agentes: ubi noſtri & crucem ſeruatoris tropheũ uenerabantur: eam & ipſi condicto colebant: hi etiã ubi uidere nauim peſſundatam certatim confluebant: cum cimbis ſuis aduehentes noſtros: & ab undabundi maris faucibus eripientes: cimbas huiuſmodi appellant canoas: quæ ex ſola caua arbore factas nõ quidem ferro ſed cote preacuta: excauant etiam longiores naues .i. Liburnicas octuaginta remorũ capaces: ferro carent omni: propterea noſtri admirabantur quonam modo quirent domos conſtruere: quas conſpiciebant miro modo extructas: necnon alia arte fabrefacta faberrime: uerũ cote ut diximus proferro utuntur: acceperunt etiam referentibus amicis nõ longe ab ea inſula fore quoſdam populos qui carnibus ueſcebantur humanis: Iccirco ubi nos uidere crediderũt antropophagos eſſe: ideo effuſiſſime fugerũt: canibalos appellant ferinos populos: q in cibatu hoĩes habeãt gratiſſimos: hos nři præteriuerant eos ad meridiẽ relinquẽtes.

Ab rege eorũ honorifice excepti ſunt

Mos ſalutãde uirginis ut fit apud nos uel peri

Ex caua arbor̃ cymbe

Cote pro ferro utuntur

Antropophagi canibali

## Cap. LXXXVIII.

### De canibalorum moribus.

IGitur hi populi mœſtiſſime conqrebantur nobis de efferatis illorũ moribus: nam aiebant eos in ſe nõ aliter ſeuire q̃ tigrim uel leonẽ quẽpiã in manſuefacta animalia: horreſco referens: Impuberes (ſi qui corripiunt̃) exectis teſtib⁹ ſaginabãt uti nos gallos gallinaceos: ut lautius eis ueſcamur: puberes uero mox cõtrucidãt: qb⁹ exenteratis: illia comedũt recẽtia: mẽbrorũq; partes extremas: cetera ſaliũt: adſeruãtq;: ut nos iſitia: & farcimina oĩs generis: nã iſitia fiunt ex ſanguine aprugno uel bubulo: aut ex carnibus teſelatim conciſis: alii apexabo appellant. haud dubie eſt genus farciminis: mulieribus haud ueſcũtur: uerũ eas ad prolẽ: ueluti nos gallinas ad oua: ſeruant: ſi qua eſt an⁹ ea mancipii uicẽ gerit: ppea hæ iſulæ: quas iã ſubegim⁹: ubi audiũt aduẽtare hos efferiatiores imaneſq; populos: actutũ dãt terga: licet ſagittis

Efferati mores

Impuberes exectis teſtibus ad ſagina ſeruant

Iſitia uel apexabo quæ

Mulieres ad plẽ ut nos gallinas ad oua ſeruam⁹

utant᷑:nõ ſunt tamẽ tantarũ uiriũ ut compeſcere eos queant:nã pauci complures fundũt:ut puta centũ decem profligant canibali:nuſq̃ cominus congrediunt᷑:fuga tantũ ſibi conſulũt:nos nequimus aliter itelligere quos deos colãt alios:q̃ ſolẽ:& lunã cœlumq̃.Mores uero aliarum inſularum iccirco nõ referimus:quoniam ob anguſtiam temporis:& iter prætum penuriam de eis nihil comperti habuimus.

Colunt ſolẽ & lunam celumq̃

## Cap.LXXXIX.

### De moribus illorum qui hiſpanam inſulam colunt.

Ages radix ex qua panis cõficit᷑ illorũ

Finibus non emigrãt ſuis

HVius inſulæ cultores loco panis utunt᷑ radicibus quibuſdam:quæ ſunt(ſi magnitudinẽ formãq̃ ſpectes) inſtar napi:ſaporẽ hẽnt quẽ moles recenteſq̃ caſtaneæ:ages uocãt:aurũ apud eos ẽ i pcio:id.n.aurib⁹ apẽſum ferũt:ſuis nõ emigrãt finib⁹:nec ut alii ultro citroq̃ comeãtes cõmercia exercẽt:cepim⁹ eos percũctari ſignis ubi eruerẽt aurum.itellexim⁹ ab eis legi i arenis fluminis cuiuſdam:qđ ex editiſſimis deriuat᷑ mõtib⁹.Id.n.labore eximio colligũt fundũtq̃ i fruſta:& demũ i bracteas.i.laminas:uerũ ubi nos eram⁹ nõ naſcit᷑:aliũde aduehit᷑.uti circũuecti iſulã re ipſa cognouim⁹:quoniã poſtq̃ illic ſoluim⁹:deuenim⁹ ad quoddã flumẽ:quo profecti ſumus:ſumẽdæ aquæ gr̃a & ibi auriferas cõſpexim⁹ arenas:ibi q̃trupedia nõ niſi cuniculos uidimus:ſerpẽtes uero imẽſæ uaſtitatis:nũeroſioreſq̃:quos fert iſula ſed inoxios cõſpexim⁹:necnõ ſilueſtres turtures anates nr̃is ꝓceriores:anſereſq̃ oloribus cãdidiores:uerũ capite tãtũ rubeo erãt:ibi & pſitaci cõplures:alii coloris praſini:fului alii:alii uero idis nõ abſimiles.i.torquæ miniato:tulere ex his igit᷑.lx.uerſicolores:cõiecturãq̃ ex his alitib⁹ fecimus nõ lõge idiã fore:uerum huic ſentẽtiæ nõ adſtipulabat᷑ ſpheræ ratio:& iprimis philoſophus i illo de cœlo:& mũdo:ſenecaq̃:& alii cõpluſculi coſmographiæ haud expertes:q adſeuerãt hiſpanias nõ multũ ab india abeſſe:maritimo præſerti itinere:hæc igr̃ iſula ſuapte natura gignit maſticẽ:aloe:& alia his nõ diſſimilia:& iprimis grana qdam rubea:quæ pipere ſunt acriora:cinamomumq̃:& zinziber noſtri tulere.

Auriferæ arenæ

Anſeres olorib⁹ cãdidiores

Multiiugi pſitaci

Spheræ rõ

Philoſophus

Seneca

## Cap.XC.

### De uiris quos columbus gr̃a explorandæ Inſulæ dimiſit.

Primũ uer appetebat

IGitur columbus de cõpertis terris ſatis:ac ſuper lætus:utpote q uidebat᷑ nouũ cõperiſſe mundũ:cũ uero primũ uer iã appeteret:decreuit pr̃iã repetere ſuã:dimiſſis apud regem uiris xxxviii.q perq̃ diligẽter ſciſcitari:& explorare deberẽt locorum ſitus:ac rẽ.

gioīs mores:frugūq; ac arbor℞ naturā. Rex enim appellat̄ guācranillo: cum quo iniit fœdus maximū:commēdauitq; illi ſuos arctiſſime: adeo ut intuitus eos pio obtutu: coram columbo illachrimare ceperit: miſera tus conditionem remanentium: tandem columbus iuſſit uela uētis da re hiſpaniā uerſus: ſecum ducens ex inſulanis uiros decem: non alia ma gis de cauſa q̄ ut eorum linguā aliquādo diſcerent: quoniā id conſequi haud difficulter poterāt: nam caracteribus nr̄is ſuū idioma ſcribi probe poteſt: cœlū appellant turci: domū boa: aurū cauni: uirū ꝓbū: toyno: nihil: maxani dicunt: reliqua uero noīa æque: ac nos noſtra: proferunt.

Guācranillo rex
Columbus ſoluit illinc
Caracterib⁹ nr̄is nō diffi culter eorū idioma ſcri bitur

## Cap. XCI.

Quomodo columbus fuit dictus admirans mare.

REx itaq;: & regina hiſpaniarū nihil magis gerebant in uotis: īmo ſupra uota: q̄ ut almā chriſti fidē ī dies augerēt: auctamq; colerēt: & cultā ſummoꝑe uenerarēt̄: ꝓpea id eximie obſerua bāt: ut hæ gentes quæ hactenus nomē chriſtianum ignorauerant tandē aliquādo ope: & induſtria ſua: ſcirent unā eſſe chriſti fidem: extra quam nulla eſt ſalus: nec redemptio. Inq; huius rei ſpecimen decreuere ſum mis honoribus columbū proſequi: nihilq; prætermittere: qđ ad cultū: & decus eius ſpectaret: Igit̄ uultu ſereno eum excipiūt condecorantq; īnumeris titulis: & q̄ apud hiſpanos eximius ducitur honos conſeſſum īpſum recipiunt: uolureq;: ut deinceps nō columbus: ſed admirās ocea nū appellaret̄: & ut licuit colligere ex admirantis ſermonibus: ſperabat ꝓpe diem fidē nr̄am magna incremēta habituram: ſi hæ inſulæ ad fidē reducerent̄: In cōmerciis uero: & aliis mortaliū emolumentis: qbus ple runq; omnes inhiant: nullā prope ſpē collocauerat: Itaq; sereniſſimi re ges iubent ut protinus liburnicæ. xvii. expediantur: quæ arcē in prora hēant: ideſt ſpeculam unde eminus ſpeculantur: celoces uero duodecim abſq; ſpecula inq; eis hominū mille ducentū: qui omni genere armorū cōmunirent̄. Fabroſq; lignarios. i. carpentarios: artificeſq; fere omniū gener℞ ære ānuo cōduxit: q̄ claſſē ſeqrēt̄: equites ēt quoſdā cēturiauit: ut nihil claſſi deeſſet: qđ ad ualidā expeditionē ſpectaret: colūbus uero ſues & boues ſexus utriuſq; ī claſſem introduxit: triticūq; & ordeū: ac le gumia ꝓpe oēgen⁹ cōrrogauit ī nauibus: tū ut uitā ī naui diuti⁹ ꝓtra heret: tū uel maxīe ut inibi terræ mādaret ſemina: tulit ēt arbor℞ taleas q̄s ibi plātaret: quoniā id gen⁹ illic haud quāq̄ arbores uiſunt̄: nā pre ter pinum: & palmas: nullas habent arbores nobis cognitas: & hæ mira

Cultores fi dei rex & re gina
Extra fidem chriſti ſalus nulla
Colūbus in magno eſti matu apud regē & regi nā hiſpania rum
Conſeſſum ab regib⁹ re cipi: maxim⁹ ducit̄ apud hiſpanos ho nos
Columb⁹ de inceps dict⁹ eſt admirans occeanum
Liburnice xvii. expedi untur
Celoces duo decim

ubertate creſcūt:adoleſcūtq; i tātā altitudinē:ut nō facile referri poſ-
ſit ob maximā ſoli ubertatem. ſunt.n. illorū fructus prope innumera-
biles:uerum nobis incōperti:aiuntq; ſub ſole feraciorē tellurē minime
fore:inſtituit etiā noſter columbus ſecum ferre inſtrā omnis generis fer
rea:quæ conduceret urbi colende ut in noua regione nouas urbes con
derent:quæ forēt ſuoꝝ tutiſſima receptacula:multiq; inſuper regis cliē
tes:contubernaleſq; ultronei ſe obtulerunt huius nauigationis ſocios:de
ſiderio comparandæ gloriæ ꝓuocati geſtis columbi præclaris:Igit̃ pri
ma ſeptembris ſoluere ex cades:uentis proſpere flantibus:& prima octo
bris applicuere inſulā canariam eam inq̄:quæ fericta dicit̃:quarta uero
octobris uela fecere uerſus meridiem:nihilq; comperti de eorū nauiga-
tione uſq; ad hiemale equinoctiū habuimus:at uigeſimo tertio martii re
ge ac regina diſcūbentibus:mox affuit ueredarius quidā:q renunciauit
celoces duodecim applicuiſſe cades:ſucceſſū autem nauigationis ulte-
rioris quinta aprilis luce.M.D.IIII.german⁹ frater altricis primogeni
ti regis miſſus ab admirāte ad regē ꝑuenit cūctaq; retulit q̄ i ſequētib⁹
adnotabūt̃. Cap.XCII.

Quomodo admirans adiuit canibalorum inſulas.

ITaq; prima octobris admirans colūbus ſoluit ab canariis flā
te affrico ad leuā iter faciens meridiē uerſus adnauigauit.xxi.
diebus:priuſq̄ tellurem conſpexerit aliquā:tandem deuenit ad
canibaloꝝ inſulas ſepe dictas:& prio cōſpectu uidere nr̄i inſulā uaſtiſſi
mā: adeo arboribus condenſam:ut uix diſcerni poſſet:utrū ſilua foret
uel ne:& quoniā is dies erat dominicus:dominicam eā nuncuparūt: &
ubi cognouere cultā fore:minime uiſum eſt illic gradū ſiſtere:ſed ultra
progreſſi ſunt. In his igit̃.xx.& uno diebus ſua ſententia ſulcarunt ma
ria per leuchas fere.M.cccxx.nā per id tempus aquilonē uentū proſpe
rum ſemper habuerant.deinde ſoluentes ab dicta inſula: breui ꝑuene-
re ad aliā inſulā omni genere arborum refertiſſimā:quæ inenarrabilem
ſuauitatis odorē fragrabat:nonnulli allecti amenitate loci in terram de
ſcendentes nihil animatum ibi conſpexere præter lacertas inauditæ ma
gnitudinis:eam crucem appellarunt:primoq; loco de cultis poſt inſulas
canarias conſpecta eſt:& hæc erat canibalorum inſula ut re ipſa demū
cognouere id adſirmantibus interpretibus hiſpanæ inſulæ: quos ſecū
ducebant:circunuecti itaq; inſulam:caſas humiles conpluſculas com-
pererūt:nam uicatim degunt.xx.uel ad ſumum.xxx.domus ſimul:con-

Vbi arbores uberāt & luxuriant plurimum

Vrbes noue condite

Cliētes regis ad emulationē colūbi ꝓuocātur

Canaria inſula

Hiemale eqnoctium

Veredarii

Frater altricis primogeniti regis

Peruenit ad inſulas canibalorum

Arbores fragrātes mirū odorem

Lacerte ꝑceriores

Vicatim habitant

tinenterq; diſpoſitæ in orbem ambientes plateam quandã cuius diame ter erat orbicularis:domus erant ligneæ amphitheatri inſtar :hunc mo ré conſtruẽdi ædes ſeruant:erigunt complures eminentiſſimas arbores in orbem:inq; eis trabes figunt quibus arbores inherent :fitq; ut his ful cimentis minime ruant:Imbrices uero:cum domũ coopiunt ita conſti tuunt:ut formã tentorii efficiãt:ſurgitq; in modũ piramidis.i.in acutũ: demũ has ſic diſpoſitas arbores intexunt palmarum foliis:& quarũdam aliaꝝ arborum:ut & uentos:& imbres tutius arceant:introrſus uero tra bes texunt funibus bombicinis:& radice quadam ſparto minime abſimi li:cubilia hẽnt eminentiſſima quæ feno : & bombice ſternunt:porticus hẽnt maximas ubi ſachara colocant:& ibi ẽt conſpeximus duas ſtatuas ex ligno fabrefactas:quas duo angues immenſæ uaſtitatis ſuſtentabant eas credimus eſſe eoꝝ idola.uerũ comptum hũimus ſtatuas huiuſmodi ſolũ ornatus cauſa erectas fuiſſe:quoniã hi ſolẽ:& planetas tantũmodo adorant:eo igitͬ ubi nr̃i applicuere mox uiri:& mulieres effuſe fugerũt: deſerentes eorũ domos ubi uincti erant impuberes compluſculi: quos ad ſaginã adſeruabant:necnon anus complures quæ mancipioꝝ obibãt officia.protinus ad nos contenderunt:at nr̃i ĩgreſſi eoꝝ domos animad uerterũt illic uaſa eſſe fictilia omnegenus:quæ nos ſamia appellamus:in quibus elixabant carnes humanas:pſitacis:anſeribus :& anatibus ſimul admixtis:alias autẽ uerubus impoſitas torrebant:ſelectis oſſibus:& bra chiis humanis:quibus pro ferro utebantͬ:ut ſagittis adfigerent ſuis :fer ro enim prorſus carent:uidimus etiam ibi impuberis caput nuperri me abſciſum: ſanguine adhuc defluẽte:hoc erat trabi adfixum.hæc In ſula quattuor ingentiſſimis irrigatur fluminibus:guadalupeam appel lauimus:quoniam non eſt abſimilis monti illi ſanctæ Mariæ:quem gua dalupum hiſpani uocitant.Incolæ uero garachanam.fert hæc inſula pſi tacos faſianis multo maiores:nec aliis ſimiles:nam alas habent uerſico lores :cætera rubei : tantaq; pſitacorum apud eos copia ut apud nos cicadarum:& licet eorum nemora ſint pſitacis referta: eos tamen ſagi nant:quos habent in cibatu gratiſſimos:mulieres uero quæ confugerãt ad noſtros admirans noſtro ritu exornari iuſſit : & compluſculis donari muneribus:mandans ut protinus eas ad canibalos mitterent :quoniam hæ probe nouerant quo fugiſſent canibali :itaq; mulieres ad canibalos profectæ ſunt:quo factum eſt ut mox canibali : ad noſtros accurrerint pellecti muneribus quibus donatæ mulieres fuerant : autumantes iti

Modus con ſtruẽdi ædes eorum

Planetas co lunt

Impuberes ad ſaginam

Elixant hu manas car nes

Torrent car nes huma nas

Guadalupa inſula

Proceriores pſitaci

Anͦ exorna te

Canibali mu neribͦ pro cati

dem conſequi poſſe:ubi uero coram fuere ſiue timore:ſiue ſcelerū cōſci
entia:mutuo ſeſe reſpiciētes illico terga dedere:proxima petētes nemo
ra:at noſtri qui inerrabant inſulæ explorabundi:cimbas eorum omnis
confregere:& illinc ſoluentes adiuere ſocios ſuos quos dimiſerant in hiſ
pana inſula primo itinere:& dum eunt:utrinq; complures præteriere in
ſulas:ab ea parte uero:quæ reſpicit aquilonem apparuit inſula:cuius in
q̄lini nr̄os ĩterpretes:quos ab ĩſula hiſpana duxerat admirās ĩtelligebāt:
necnō eos quos uendicaueramus ab ſeuitia canibalorū :dicebant uocari

Mulieres ſtatis anni temporibus coeunt cū antropophagis canibalis.

matininam:adſirmantes eam cultā eſſe ab ſolis feminis :quæ ſtatis anni
temporibus coibant cum canibalis :ut ſolebant olim amazones:prolem
particbant:mares dabant parentibus:feminas uero fouebāt ipſæ :aiunt
etiam has fœminas ſpecus habere altiſſimos:quo ſe recipiunt ubi extra
ſtata tempora quiſpiam eo conceſſerit:& ibi ſe tutantur ſagittis propul
ſantes hoſtem:ſi forte fortuna explorauerint aliqui aditum : propterea

Inſula admodū ferax

noſtri per id tempus propius accedere nequiuerunt:præter nauigantes
inſulā ad.M.fere.L.Inuenimus aliam inſulam :quam interprætes aie-

Canibali longa metiūtur itinera ut carnibꝰ ueſcāt humanis

bant eſſe aprime cultam:habitatoribusq; frequentiſſimā:& inter alia ha
bere innumeras fruges:& prope omnia quibus uita humana carere ne-
quit:& quoniam montes hēt paltos eam montē appellauimꝰ ferratū:
at noſtri interprætes:& hi quos aſſerueramus ab atrocitate canibalorū
adſirmabāt canibalos aliquādo longa metiri itinera ſupra mille miliaria

Sācta maria rotonda

ut carnibus ueſcantur humanis:poſtridie illius diei nacti ſumus aliam in
ſulam:quæ quoniam erat obrotunda admirans eam nuncupauit ſanctā

Diui martini inſula

Mariam rotundam:ſupra iſtam comperimus aliam:cui diui martini no
men indidit:uerum in neutra iſtarum ſtationem fecimus:perendie uero

Sācta Maria antiqua

aliam inuenimus:quam aiebant longitudine eſſe.M.cl.ab parte uideli
cet occidentali in orientale latus : referebant mira de ea interpræ-

Inſula ab inq̄linis dicta Ay Aya noſtris uero ſancta crux

tes : ꝙ uidelicet foret ſumme ferax . & pulcherrima : hanc poſtremo
appellarunt ſanctam Mariam antiquam:poſt eam comperit fere innu-
merabiles inſulas:uerum longe ab predicta.M.prope.cccc.Interq; eas
quedam cæteris præſtabat magnitudine:quæ dicebatur ab incolis Ay
Ay:nr̄i uero nuncuparūt ſanctam crucem:eo appulimus:ut aquam hau

Mulieres ab canibalis erepte

riremus:at admirans emiſit triginta uiros : qui explorarent diligenter
inſulam :qui mox quattuor canibalos cum totidem fœminis inuene-
runt:quæ mulieres uiſis noſtris:complicatis manibus eleuatiſq; auxiliū

petere uidebantur:quibus liberatis uiri in nemora dilapſi ſunt : biduo
itaq; illic:agens admirans triginta uiros in inſidiis collocauit : qui corri
perent canibalos:ſi qui apparuiſſent:qui uero ſtabant in littore uiderũt
cimbam:(caneam ipſi appellãt):homines octo:& totidem mulieres ue
hentem:ubi igitur admirans claſſicum cecinit:una omnes ruunt in bar
baros:qui ſtrenue ſagittis pulſare noſtros conabantur: nec prius quiue
re ſe clipeis tegere q̃ hiſpanus ab fœminis ſagitta ictus occubuerit : al
ter uero male acceptus eſt:hiſpani tamen ubi comperere ſagittas uene
no illitas eſſe:decreuerunt propius manus conſerere & ui remorũ ĩ eos
contendere:quod ut fecere protinus barbarorum nauim peſſundedere:
præeminebat.n.ibi mulier quædam ueluti regina:cuius dicto parebãt
omnes:hæc natum habebat ſecum torui aſpectus atrociſq; : qui facie
non regem ſed prædonem:aut furem quempiam ſeuiſſimũ preſentabat:
ſummerſa itaq; naui non deſinebant nando noſtros onerare ſagittis :ela
tis tantum ſupra aquam brachiis:quæ res uiſa eſt monſtrifica:dum itaq;
natant ſagittantq;:ad ſaxum quoddam deueniunt:ubi tandem a noſtris
ſunt expugnati:occiſis nonnullis:& regulo grauatim ſaucio uulnere du
plici:hos ad admirantem trahunt reluctantes: qui conſpectum tanti ui
ri minime pauentes:ferociam nuſq̃ exuerunt:ſpumas efferueſcentes: nõ
aliter:q̃ leo:ubi in caſſes deuenit:tunc rugit⁹ edit maiores atrocioreſq; :
ſeuitq; magis:adeoq; efferebantur: ut nullus eſſet inibi tam intrepidus
qui ferociantes uiros non formidaret:progreſſus admirans itaq; affrico
flante aliquando:nonnunq̃ ſpirante fauonio:peruenit ad quandam pel
lagi uaſtitatem ubi prope innumeræ erant inſulæ multiiugeq;: nam ali
quæ frequentioribus obumbrantur nemoribus:aliæ uero ſumma aprici
tate amœnitatẽ non mediocrem præſe ferebant: nonnullæ autem ſqua
lebãt ſaxis:humo ieiuna aridaq;:& præuſtis implicite mõtibus:aliæ ẽt ĩ
tra cautes colorẽ coccineũ cõtinebant:aliæ uiolaceũ : albicantem aliæ.
perinde ut multi rati fuerint eas eſſe minas: aut gẽmarũ loca metallorũ
corruſcantibus pluriſariam coloribus : eo itaq; non conceſſere ſeuiente
pelago:nam uerebãtur ob ſcopulorꝝ frequẽtiã:ne naues colliſæ ſaxis de
hiſcerẽt protinus ſũmergerenturq;. In aliud tempus rẽ differentes :neq
uere ẽt inſulas ꝑcenſere ob eorꝝ implicitam frequentiã:tamẽ nõnullæ ce
loces:quæ altiore fundo haud egebant:mediocri contente alueo ꝓpius
acceſſere:& ſupra.xlvii.inſulas nũerarũt locũq; arcipellagus nũcuparũt:

Admirans claſſicũ cecinit

Ab feminis illis male acceptus eſt e noſtris q̃dã

Peſum iuit nauis barbarorum.

Præerat naui mulier cũ nato torui aſpectus

Expugnantur barbari: capto regulo ac ſaucio

Capti ſpumas efferueſcunt

Efferãtur ut leones

Complures inſulæ colores

Multiiugos præſeferũt

Arcipelag⁹.

ob inſularum frequentiam:dum itaq̧ relictis inſulis in altum ꝓuehunt:
in medio fere itinere aliam nacti ſunt inſulam quæ dicebatur buchema:

Buchema iſula

ubi complures erant illorum qui atrociſſimas canibalorū manus euaſe
rant:hi nobis retulere inſulam cultam fore eximie:cultoreſq̧ eſſe mitio
res:& uſq̧ quaq̧ canibalis infenſos. Inq̧ ea nemora complura quæ apros

Populi q̄ canibalis ſunt infenſi

fouent ingentiſſimos:hi naues non habent:quibus ſulcare poſſint Ma-
ria:& canibalos adire:uerum ubi canibali eo contenderint:congrediun
tur atrociter propulſantq̧ eos:quos ſi ceperint male accipiunt :par pa
ri referentes:nam erutis luminibus eos in fruſta minutatim concidunt :
& ignibus torrent:& pro uindicta deuorant :alioquin humanis non ue
ſcuntur carnibus:hæc nobis referebant noſtri interpretes:quos ex hiſpa
na inſula adduxeramus:at noſtri parum illic immorati præteriere iſulā:
niſi ꝙ ab ea parte quæ occidentem reſpicit in terram deſcenderunt:ut

Aedes deſertas comperiunt

aquæ nihil non haurirent:ubi eminentem pulchrāq̧ domū inuenerūt :
& cum ea.xii.minores domos omni habitatore deſertas:ibiq̧ nulla erāt
habitantum recentia ueſtigia:cauſam propterea ignorabant: cur deſer-
tæ forent:ni forte habeant illarum habitationum ſtata tempora:dū can
dens ſidus feruet nimium:abeunt in mitiora loca:reuerſuri cum condu
cibile arbitrabuntur:uel forte metu canibalorum littora deſert tantiſp:
donec abeant:utcunq̧ fuerit inſula unicum habet regem:cui perq̄ reue

Chiaſichius rex

renter aſtant:obediuntq̧ miruminimodum chiaſichiū appellant eorum
Regem:latus huius inſulæ quod meridiē contuetur longitudine ducen
tum.M. patet : ea noctæ duæ fœminæ : & totidem adoleſcentes quos
aſerueramus de manibus canibalorum:ubi in conſpectu ſuæ patriæ fue
runt:in mare ſeſe proiecerunt:& nando ad ſolum patrium deuenerunt
nobis neſcientibus.

## Cap.XCIII.

### Quomodo Admirans ſuos reperit uitam exuiſſe.

Cōpit ſuos exuiſſe uitā

TAndē aliquādo admirans ꝑuenit cū tota claſſe ad hiſpanā in-
ſulam:quæ abeſt ab Canibalis leucis fere.cccc.uerum omine
inauſpicato infœliciq̧:nam hi quos loco præſidii inibi relique
rat uitā exuerāt oēs.In hac iſula eſt regio:q̄ dr̄ xaynana: unde admirās
prio itinere ꝓfecturus in hiſpaniā:quaſi loco obſidum decem uiros ab
duxerat ex his ob cœli mutationem:ſeptē occubuerant:unus uero eorꝫ

Nādo clam effugerunt

qui ſuperfuerat ubi ſuam patriam claſſis applicuit(Therema dicitur)
ſponte a nobis emiſſus eſt : reliqui uero nando clanculum aufugerunt:

quæ res parum admirantem mouit: qui modo ſuos comperiſſet uiuos: reliqua nihili pendebat: uerum ubi paululum eſt progreſſus: canea quædam apparuit: genus eſt liburnicæ longioris capax ingentium remorũ: hæc regis fratrem uehebat: eius profecto: cui apprime abiens ſuos cõmendauerat: cunq; eo fœdus: magnum inierat. Is igitur regis Guancenarilli frater alio tantum uiro comitatus: ad admirantem contendit: & nomine regis imagines aureas duas dono admiranti dedit: poſthæc cepit hiſpanorum miſerabiles caſus exponere: uerum uix id intelligere quiuimus: noſtris interpræ̃tibus non ſatis eius linguam callentibus: his auditis progreditur admirans quoad deuenit ad ligneum oppidum: quod hiſpani ſibi pro potiori tutela condiderant: id totum comperit demolitũ combuſtumq;: nec alia ſupererant ueſtigia: præter palidum cinerẽ: quæ res nos omnes dolore incredibili affecit. non tamen nobis facile perſuaſum iri poterat: quin aliqui ſuperuiuerent: propterea ut huius rei eſſemus certiores: admirans iuſſit tormenta quædam exonerari: ut reboatu edito ſi qui deliteſcerent e noſtris mox excitarentur: ſcirentq; nos aduẽtauiſſe: uerum operam luſimus: quoniam nullus uſq̃ comparuit: cunctis fato functis: tunc admirans nuncios miſit ad regem Guancenarillum ſciſcitatum de ſuis: queſtus grauiter de occubitu ſuorum: hæc noſtri retulerunt: quantum colligere potuerunt ex regis reſponſo: complures uidelicet in ea inſula reges fore illo potentiores: qui ægre ferebãt hiſpanos ſubegiſſe inſulas: propterea contenderant ad ligneũ oppidũ: ubi hiſpani degebant: eoq; expugnato contrucidauerãt uiros: & oppidũ combuſerant. Ipſumq; ferentem noſtris ſuppetias ictum ſagitta fuiſſe: inq; eius rei fidem brachium faſciis circũuolutum oſtentauiſſe: nec propterea ad admirantem iuiſſe: quoniam conſauciatus uulnere non contemnendo fuerat. his acceptis nulla fide adhibita: poſtridie marchionẽ quendam cognomine ſibilium rurſus ad regem mittit: qui perq̃ diligenter rẽ ſciſcitetur: perpendatq; an ſint uera quæ ex rege allata fuerãt. Is igitur eo conceſſit: & remotis faſciis comperit Regem falſa locutum: nullius cicatricis apparente ueſtigio: uerum procumbentem nactus eſt uirum ſimulantem egritudinem: huius cubili coniungebantur concubinarum cubilia octo. Tunc deuenimus in eam opinionem: ut non difficulter crederemus noſtros aſtu: & inſidiis eius occubuiſſe: tamen Marchio finxit fidem præſtare Regi: hortatuſq; eſt uirum: ut in craſtinum admirantem uiſeret: poſtera itaq; die ad admirantem

Canea liburnicæ genus

Regis german' hiſpanorũ caſus refert miſerabiles

Ligneũ oppidũ demolitũ cõperit

Exonerãtur tormenta: ut edito reboatu excitarentur hiſpani

Sciſcitatum de ſuis mittit ad regem

Rex ſimulat ſe ſaucium

Rex mendacii cõpertus eſt

Aſtu nr̃i occubuere

rex contendit:a quo ẽ honorificẽtiſſime exceptus:& ueluti miſeraretur noſtrorum erumnas gemebundus indoluit:at ubi conſpicatus eſt mulierem quandam: quæ noſtro auxilio erepta fuerat ab canibalis eam ad latus eſt ſua lingua longiore ſubſellio:nobis haud quaq̃ intelligentibus: illi plurimum aplaudens:hæc dicebatur caterina:tandem poſt multa illinc abiuit:& amiciciam ſeduſq; rurſus pollicebatur:non defuere tamẽ e noſtris qui ſuggererent admiranti ut uirum corriperet: & correptum cædis noſtrorum pœnas luere cogeret:admirans uero: ut erat uir multi penſi:rem accuratius penſitatiuſue expendebat loci:& temporis rationem habens.non.n.ſibi per id tempus conducere arbitrabatur: ut incolarum animos ad iracundiam prouocaret. poſtridie uero illius diei quo illic rex ſoluit:eius germanus claſſem uiſit:& mulieres ſubornauit: ut ſequens effectus comprobauit.Itaq; nocte ſubſequente caterina cum ſeptem aliis in mare deſiliit:ut ſuperato pelago ad regem contenderet: noſtri tamen ubi fraus apparuit conſecuti natantes mulieres tres tantũ ceperunt:at caterina cum tribus aliis ad regem peruenit: qui ſuſceptis mulieribus in interiora inſulæ dilapſus eſt:quo facto nobis rex aperuit ſe noſtros contrucidauiſſe.

## Cap.XCIIII.
### De uindicta occiſorum.

ADmirans igitur cognita proditione decreuit hominem perſequi uſq; ad regni interiora: miſit itaq; trecentum uiros qui marchionem inſenſi conſectarentur: hi ergo dum hominem explorabundi quærũt:deuenere ad hoſtium cuiuſdam ſignati fluminis: ubi ꝑq̃ celebris erat portus:quem regalem appellarunt:nam ubi ingreſſus es:adeo flumen ſe ſinuat obliquatq; efficiens multiplices receſſus:& flexus innumeros:ut alter meandrꝰ uideat̃:nec licet ſis ingreſſus:cognoſcere quibus an ſis intra uel extra:q̃q̃ in oſtio adeo pateat: ut ſit trium liburnicarum capax:ex aduerſa fluminis parte mons uiſitur conſpicuus: qui impendio uiret: & præclaris exornatur nemoribus. Ibi pſitaci complures & auitia fere omnegenus exaudiuntur ſuauiſſime alterneq; concinentia: hunc portum interfluunt fluuii duo: & dum altius progredimur nacti ſumus eminentiſſimas quaſdam ædes: quas credidimus Regis eſſe eius:quem ꝑſequebamur.Iccirco eo cõtendimꝰ citato gradu:& ecce occurrunt nobis uiri prope cẽtum:qui habiliſſima

Ad admirãtem contendit rex

Lõgiore ſubſelio mulierẽ alloquitur

Vir multi pẽſi admirans.

rem animo atentiore expendebat

Mulieres ſubornate

Caterina nando euaſit

Regem inſenſi obſeruant

Regalis portus

Quaſi alter meandrus

Mons conſpicuus qui uiret impendio

Ibi auitia fere omnegenus

Viri cẽtum qui corpora ſimetrica hñt occurrunt nobis

habent corpora:quicq͂ arcus:& ſagittas ferētes:toruo uultū ibāt ad nos: ſubinde uociferantes ſe minime fore Canibalos:ſed taynos.i.nobiles:ac patricios: nos uero ſigno pacis edito:propius acceſſimus: & cum mutuo colloquio frueremur:protinus fœdus:& amiciciam nobiſcum inie re:nec de cætero pauentes:ad nos ueluti ad ſuos confidentiſſime ibant: hos munere multiplici donauimus: at noſtri dum illic agerent domum metiti ſunt:quæ diametrum habebat.xxxiii.paſſuum: erat iſtar amphi theatri obrotunda:huic circunquaq͂ adiacebant triginta aliæ minores ædes in contignationibus pro trabibus hirundinibus uerſicoloribus utebantur:mira arte textis complicatiſq͂:hoc patritios noſtri percuncta ti ſunt de rege marchione:quem adſeuerarunt petiiſſe montes:huius rei decreuere admirantem certiorem reddere:& imprimis conflatæ neceſ ſitudinis cum uiris patriciis: uerum admirans flagrans perniciali odio in marchionem:ad diuerſas inſulæ partes exploratores expediuerat:qui regem ſi quo modo poſſent corriperent:nam præceteris quos miſerat: erant duo ſtrenui iuuenes:horeda uidelicet & Gormalanus animo inui cto:alius alia loca petens:prope omnem regionem inter ſe partiti ſunt explorandā:hi ergo dum uarias regiones peragrarent:deuenere ad quæ dam ſpectatiſſima flumina: quorum alia ab una parte montis defluebant:nonnulla uero ab altera deriuabantur. Is mons eminentiſſime attollebatur:qui aurifero ſabulo conſpergebatur:& inde aurum effodiunt incolæ hoc modo: nam actis ſiniſtris brachiis in præcordia mōtis egerunt aurum:egeſtumq͂ dextra excipiunt manu:dabantq͂ noſtris:adſeue rabant etiam uidiſſe grana compluſcula Zecare:quæ allata fuere regi hiſpaniarum: nā granum unum pondo erat unciarum nouem:hoc uide re complures uiri.

Tayni.i.nobiles

Fœdus ineūt nobiſcum

Domus iſtar amphitheatri

Conflata neceſſitudo cū patritiis

Admirans ꝑnitiali odio flagrat in regem

Conſpicua flumina

Auriferæ arenæ

Inde inquilini effodiunt aurum

## Cap.XCV.

### De flumine aurifero:& aliis rebus repertis.

His uiſis noſtri condicto ad admirantem rediere:ut non recede rent a præſcripto:nam admirans iuſſerat:ut nil aliud agerent: q̃ explorare regiones nouas: & mox referre earum ſitus: & qualitates:nec ipſi pergerent eo inconſulto exercere cōmercia:pro quā to uitam caripenderent ſuā:accepere etiam ab incolis non longe fore in montibus regē quendā:quē Gazichiū canoban:ſua lingua appellant.i. dn̄m domus auri:nā boa domus īterpretat̄:canū aurꝫ:& Gazichios rex

Ne recederēt a præſcripto ad admirantem illico.eunt

Canoba.i.domus auri: Gazichios rex

Sphere rō non patitur

Septentrio non uiſitur ibi

in hoc etiam flumine inuenere abſolutiſſimos piſces aquamq; haud iſua uem: Marchion ſibilius refert apud canibalios populos in menſe decē bri fore æquinoctium: quod ratio ſpheræ nō patitur: addebat etiam ini bi aues eodem menſe fœtificare: cum tamen ab eo ſciſcitaremur. quan- tum eis polus eleuaretur ab oriente: retulit ſeptentrionem non uideri ſed mergi ſub artico polo: & tranſcendiſſe cuſtodes. uerum ut ingenue fatear: nemo inde uenit: cui indubia fides adhiberi poſſit: quoniam fere omnes expertes erant litterarum: & imprimis ſideralis ſcientiæ.

## Cap. XCVI.

### De oppido ab admirante condito.

Vrbem condere parat

Offira inſula cuius Vetus meminit hiſtoria.

Quantum eis polus eleuatur

Vrbs in umbilico

Iſabella inſula

Conſpicuis fluminibus irrigatur regio

Iacta ſemina harenis germinant.

Naſturcii. braſicæ. pepones

IGitur is admirans claſſis præfectus in ſuam: & gentis hiſpanæ memoriam: decreuit urbem erigere cooptato itaq; loco: qui lo cifron dicitur: non longe ab portu: & ut bono omine ſucce- derent cuncta auſpicatus eſt a diuinis: nam primo loco eccleſiam dedi- cauit: cæteraq; abſoluiſſet: ni tempus appetiiſſet patriæ repetendæ: uel ſaltem prout abiens pollicitus fuerat regi: ipſum de omnibus certiorem facere q̄primum: expeditis ergo .xii. celocibus regem protinus de com- pertis rebus commonefecit: cū igitur admirans in inſula hiſpana adhuc ageret: alii appellant inſulam huiuſmodi offiram: quam nonnulli eā eē adſeuerant: cuius cōmeminit ſacra uetus hiſtoria libro regum tertio: q̄ patet latitudine graduū quinq; auſtralium. i. M.ccc.lx. his polus eleuat xxvii. gradibus: in meridie autē (prout referebat) .xxii. longitudine ue- ro. i. ab oriente in occidentem patet. M.Dccc.lxxx. & hæc inſula ſi for ma conſideretur folium balāi. i. arboris nucis caſtaneæ ſimillime refert: ſtatuit propterea admirans in colle cuiuſdam montis huius inſulæ ur- bem condere: in umbilico inſulæ ab ea parte: quæ aquilonem reſpicit: quoniam inibi uiſebatur mons alius: qui frequens eſt nemoribus & lapi dibus aſperatur: necnon calce ſcatet plurima: eam incolæ appellant iſſa bellam: ad radices uero montis planities eſt perq̄ aprica longitudine pa tens. M.lx. & lata. xii. alicubi: peranguſta tamen alibi Mil. vi. hanc in- terluunt complura flumina: quorum celebriꝰ fere præterluit urbem ad iactum arcus: hæc igitur flumina adeo ubertim irrigant regionem: ut eam feraciſſimam fere omniam rerum: quæ terra parens mittit: effe- cerint: nam in arena eorum fluminum iacta ſemina protinus germināt: fecimus huius rei periculum: iecimus enim ſemina multiiugarum herba rum: uidelicet lactucarum: naſturciorum: braſicæ: & buguloſæ: quæ oīa

ſextodecimo die germinauere at pepones : cucumeres cucurbite trigeſimo ſeptimo die ad maturitatem peruenere : nec (ut ingenue fatear) : meliora his comedi unq̄ : hæc nouerat admirans etiam relatu eorum : qui ſe cum diuerſabantur : qui & ipſum certiorem fecere rerum multarum : & imprimis prouinciæ cuiuſdam auriferæ : propterea miſit : illuc e ſuis triginta uiros. regio cipagora dicitur : auro ſcatet : ubi uero rediere uiri triginta : retulerunt multa miratu digna : præſertim adſeuerabant ab eo mōte quattuor deriuari flumina : unum ad orientem proficiſcebatur : aliud uerſus occidentem contendebat : alterum in ſeptemtrionem : in auſtrum alterum citatiſſime fluebant : inſula quadripartitur pars que uergit ī oriētem dicitur ſuma : que occidentem reſpicit atribuinea : quæ aquilonem lachem : que poſtremo meridiem contuetur naiba dicta eſt ab omnib⁹.

Quattuor flu. ab uno mōte deriuātur

Inſula quadripartitur

Cap. XCVII.

Quomodo admirans adiuit auri minas.

At reuertar unde ſum digreſſus admirans urbē cōdidit muro præcinctam : & .xii. martii illinc ſoluit ducens ſecum pedites circiter quattuor cētum : ac equites nonnullos pleno gradu cōtendēs eo ubi accepat minas auri fore uberrimas meridiem uerſus : Igitẽ ſuperatis eminentiſſimis montibus ualibuſq; : ac traiectis fluminibus limpidiſſimis : tandem in eam deuenit prouinciam ubi auſpicatur cimbaga regio : in cuius patentiſſima planicie decurſus quidam aquarum uiſuntur : quorum harenæ intermiſentur auro : Igitur admirans ingreſſus mediterranea inſulæ ad. M. fere. lxxii. tantumdem diſtās ab urbe quam condiderat : peruenit ad ripas cuiuſdam ingentiſſimi fluminis : ubi collis impendio attollitur : eminetq; admodum : & ibi arcem erigere decreuit quo tutius arcana regionis ſcrutari quiret : huic diui thomæ nomen inditum eſt : dum itaq; arcem ædificat : ad eum undiq; cateruatim homines regionis eius confluebant accepturi mercimonia : quorum uoto admirans ſatiſfaciens ab eis auri aliquid petebat : qui breui ad eum rurſus redeuntes : plurimum auri comportarunt : nec id ſilentio inuoluam : granum allatum fuiſſe auri : quod pondere onziam excedebat : quæ res effecit : ut grani magnitudinem admiraremur ſupra omnem credulitatem : cum præſertim adiieciſſent ſe adhuc proceriora grana allaturos : quæ aiebant ferre aliam regionem : quæ illinc itinere mediæ diei aberat : eaq; grana inculta in arenis iacere adſeuerabant : uim auri incolis neſcientibus : alii etiam tulere fruſtula auri dragmarū. x. maioraq; īueniri rurſum

Vrbē muro circūdedit

Supat montes & traicit flumina

Auriferæ harenæ

Erigit arcē ꝑ ſpecula

Granū pondo ōzie uni⁹

Proceriora grana

adfirmantes:illo igiť miſit admirans:e ſuis complures:qui minas auri di
ligentiſſime explorarent:referrentq; protinus:qui euntes plura compe
runt:q̃ intellexerant:q̃q; unq̃ autumaſſent:inter alia admiratu non indi
gna nemora habent:quæ omni aromatum genere ubertim abundant:ue
rum ea haud legunt:niſi ubi permutant cũ conterminis quepiam:alii ue
ro cum quibus commercia exercent ſua uaſa ferunt ſamia:catinosq; li-
gneos:pelues:malluia:& id genus complura : quibus qui dant aromata
prorſus carent :inuenerunt in menſe martii uuas præmaturas uerum
agreſtes:hæc regio licet rupibus:& ſaxis aſperetur :ea tamen uiridantes
gignit arbores:tota in colorem praſinum inclinat:imbres excipit frequẽ
tiores. Ideo multa inibi flumina decurſusq; auriferi : nam cum imbres
deriuantur e montibus:ſecum auri copiam maximam trahunt ad plana
arua:patenteſq; campos : quos interluunt : ut præfecimus : innumera
flumina eademq; amœniſſima:ac placidiſſima decurſu haud rapido ci-
tatoq; ſed ſegni:ac placido:hæc loca habitant gentes ignaue:& fere pẽ
ſi nullius:ea ociatur plurimum imo ignauia torpet : algoris admodum
impatiens:& cũ nemora habeant bombice referta:eo tamẽ uti neſciũt:

### Cap. XCVIII.

### De mirabilibus compertis ab admirante.

EXploratis his locis ut præfecimus admirans rediit ad arcẽ iſſa
bellam ubi nonnullos e ſuis dimiſerat:ipſe uero cum liburni
cis tribus profectus eſt peregre:nouas etiam quærens regio-
nes:& imprimis eas quas iam eminus conſpicati fuerant:nam continen
tem credidit fore licet compertum habuerit inſulam eſſe quæ.M.lxx.
abeſt ab ea inſula quã appellarunt hiſpanam:regio cuba dicitur:ea præ
terita iter direximus ad meridiem: & inde cepimus ad occidentem non
nihil flectere:uerum q̃to magis progrediebamur:tanto plus littora ex
tendi uidebantur :terris ſemper fugiẽtibus:ſinuabãt enim ſe littora ad
meridiem ſemper:receſſu:& ambage multiplici :adeo ut cum credere-
mus contendere in occidentẽ:ad meridiem tamẽ ĩdies ferebamur:terris
ducẽtibus:ac multiiugis ſinibus:tãdẽ admirans deuẽit ad inſulã :quam
inq̃lini appellant iamicã:hanc aiunt appellari ab coſmographis lamiam
maiorẽ:quæ magnitudine trinacriã ſuperat:unicũ ĩ umbilico mõtem
hẽt:q ſenſim leniterq; ſurgit ab oĩ regionis latere paulatĩ creſcens :ut
uix cõſcẽdere credas:ut ĩ acliuis ſolet:donec deueneris in mediũ:tũc ſe
ſe attollit uertice eminẽtiſſimo:& tarditatẽ:q̃ uſus fuerat ſurgẽdo emi-

Nemora ſcatent aromatibus cõpluribus
Permutant uilia cũ aromatib'
Equinoctio uerno uuæ matureſcũt
Omnis regio in praſinum colorẽ inclinat
Placidiſſimi amnes auriferi
Xilon ferunt nemora
Iſabella iſula
Cuba regio
Sinuabant ſe littora ambage multiplici
Iamia magnitudie ſupat ſiciliam
Mons ĩ umbilico atollitur ſenſim

nentia compenſat: hæc inſula æque ferax eſt in maritimis ac in medi-
terraneis: frequens habitatore eodemq; accerrimo ad quæq; ſubeunda:
nam in commerciis acri eſt ingenio: adeo ut non difficulter circũadia
centes populos excedat dexteritate: eo ubi appulit admirãs ſuos i terrã
exponere contendebat: uerũ reluctabãtur illi: ac pugnatum eſt idẽtidẽ
ſuccumbentibus inſulanis: nõ ſine hominũ ſtrage: tamen diſcordias pax
eſt conſequuta: relicta iamica flante zephiro ſeptẽ diebus: nec interpo
latis: per latus cubæ nauigauimus. Intantũq; ſumus progreſſi: ut credi
derimus uel ipſam cherſoneſſum aureã (quæ ẽ in ipſo oriẽte) attigiſſe:
adeo igit̃ prouecti eramus in altum petentes uarias orbis partes: ut fere
totum uniuerſum metiti fuerimus: & ex uiginti quattuor ſolis horis: ſal
tem uigeſſimã & alteram comperimus: licet perpeſſi ſimus innumera
mala: nomina tamẽ. Dccc. inſulis indidimus: & ſupra tres mille præteri
uimus: ubi multa erant memoratu digna: præter nauigans latera cubæ
& paulo ſupra q̃ inceperit nauigare: nactus eſt admirans portum nauiũ
capacem complurium: Ibi ſuos cepit emittere qui cum terrã appli-
cuiſſent: tantũ mapalia iuenere: eaq; uidua omni habitatore: uerũ ibidẽ
cõſpexere in uerubus piſces quos ad ignem aſſabant piſcatores: at nr̃i
piſcibus ueſci toſtis haud dubitarũt reiectis ſerpẽtibus: q uiſis chriſtia
nis mox dilapſi ſunt in montes: & inde ſpeculabantur quid ſibi uellent
noſtri: a qbus prouocati piſcatores paulatĩ ceperunt timorẽ exuere: an
nuentibus noſtris ne pauerent: quidã igit̃ audaculus in inferiorẽ rupem
deſiliuit propius accedens: quẽ cõpellare cepit quidã oriundus ex inſu-
la hiſpana: qui a teneris in hiſpania apud admirantẽ altus: & educatus
fuerat: cuius lingua parũ ab eoꝝ idiomate differt: hunc itaq; pcunctatus
eſt cur fugerent: & q̃ nã gens foret: quoue nomine regio appellaretur:
cõtracta igitur neceſſitudie uiribuſq; animi reaſſumptis dixit eos piſca
tores eſſe: q eo piſcatum conceſſerant rege iubente: qui alio regi cenam
parabat põtificiã opiparamq;: addidit ẽt pergratũ hũiſſe plurimum: q;
ſerepntes minime comediſſent: quandoquidem hi: ut affirmabant: re-
gi ueluti delicatiores epulæ adſeruabantur: quibus auditis admirãs eos
miſſos fecit: nã iam habebat ſatis cõpertum regionis mores. propterea
iter ſuum uerſus occidentẽ perſequebatur: & dum regionem percurrit
ad occidentẽ eam nactus eſt feraciſſimã: refertãq; habitatoribus dome
ſticis: qui mox conſpectis nr̃is ad littus deſcendebant panes ferentes:
qb⁹ ipſi utunt̃: tulere etiã cucurbitas plenas aqua: noſq; ueluti amicos

Ferax inſula uirorum

Pugnatũ ẽ crebro

In altum ꝑ greſſi plurimum

Ex. xxiiii. horis uigeſ ſimã & alterã cõperũt

Quot iſulis ididerit nomina.

Ad ignem aſſãt piſces ac ſerpẽtes

Exuto timore collocũt̃

Rex oppiparã cænã parat ſerpẽtib⁹ imprimis

Veluti amici cordate excipiuntur

Hic adeo latices feruēt: ut immergere neq̃as manus
Piſcis mire naturæ quo piſcatores utunt̃ ut corripiant alios piſces
Canes qui haud quaq̃ latrant
Anſeres & anates inſulæ inerrant
Equor undabundum ſpumas efferueſcit
Lixe emittũtur aq̃tum & lignatum
Viri habitu inſucto.

hoſpites inuitabant cordate: nos uero paulo ultra progreſſi: uidimus innumeras inſulas: quæ primo conſpectu cultæ uidebantur eximie uirentibus plene arboribus: & imprimis ab ea parte quæ continentē reſpicit: dũ latera pcurrunt: deuenere ad oſtiũ fluminis cuiuſdam: cuius latices adeo feruent: ut in eis diutius manum immergere nequeas ferueſcentibus aquis: rurſus progredientes compere piſcatores quoſdã: q in cimbis. i. in caua arbore: piſcabantur: q piſcem rudentibus adligauerãt naui: eũq; poſt ſe trahebant: eius forma eſt nobis incognita: & niſi grandiuſculũ caput haberet: inſtar anguillæ formaret̃: capite geſtat pelliculã quandam: quæ ſimilitudinem habet crumenæ alicuius: cũ uero piſces uel teſtitudines emerſerint ſupra aquam: mox is piſcis ſolutus dimittitur ad eos qui telo acrior: ac omni uolucre ocior: condicto uibrat: pellē (quã diximus marſupium referre aliquod) piſces corripit: ac retinet ſua pelle implicitos: nec prius prædam dimittit: q̃ aerem ſenſerit: cuius eſt impatiens admodũ: tunc uincto rurſus piſce: prædã legũt: nam nobis aſtãtibus cepere calandras. iiii. pgrandes: qbus nos donarunt amice: eaſq; in cibatu ſuauiſſimo habuimus: his uiſis: percunctati ſumus piſcatores an latus huiuſmodi diutius adhuc protenderetur: & q̃tum in occidentem extenderet̃: reſpondere latus huiuſmodi finē habere nullum. Illinc igit̃ ſoluentes pgrediebantur a latere ſemper littus pcurrentes: hi internauigãdũ innumeras gentes cõſpexere: nõ longe uero ab terra huiuſmodi: quæ nunq̃ terminatur: uiſitur inſula: ubi mortaliũ uidere neminē: nam ſi qui erant in ea: fuga pernici ſibi conſuluerant: at canum inibi copia ingens conſpecta eſt minime latrantium: licet toruo forent aſpectu: anſeres ēt anateſq; inſulæ inerrabant multiplices: præternauigantes: itaq; latera cubæ deuenimus ad quaſdam anguſtias: ubi gurgites: ac breuia prope erant infinita & ibi mare undabundum ſpumas efferueſcebat indignabundum admodum: ſeuitq; mare hoc modo itinere. M. xl. aquis albicantibus non aliter q̃ ſi polline conſperſum fuiſſet: ſuperatis his gurgitibus prouecti ad. M. lxxx. eminentiorem comperim⁹ mõtem: & tũc lixas emiſimus: qui aquam ferrent lignaq;: eo ēt conceſſit arquita quidã: qui cum inerraret inſulæ: & in nem⁹ condenſum prouenifſet arboreſq; admiraretur: huic mox a tergo affuit uir grandiuſculus: toga indutus alba. ſagittarius: credidit primo conſpectu religioſum quendam fuiſſe: quem in claſſe habebant: uerum ubi compertum habuit alium eē: actutum alii duo uiri eiuſdem habitus: & ſtaturæ apparuere: poſtq; eos

ſupra triginta alios uidit:quibus conſpectis :mox fugam cepit:at illi ſe
quebantur manibus annuentes:ne pauerent:neue ſugeret: ſagittarius ue
ro q̄ citius quiuit claſſem repetiit:cuncta quæ uiderat denarrans admi
ranti præfecto:qui ubi hæc accepit protinus emiſit multos:qui tenētes
uaria itinera:prope totam inſulem explorarunt:erāt ibi arbores multiiu
gæ:aliæ ferebant aromata:uiolas aliæ: percurrentes itaq; cubæ latera:
uarias nationes nacti ſunt:quorum linguam etiam incolæ hiſpanæ inſu
læ(q admirantem ultro ſequebantur) minime callebant : & dum pro
gredimur magis:ac magis ſe ſinuabant littora:modo notho:modo affri
co flantibus:quibus impulſi aliquando ferebamur prope in ſicum:adeo
mare inſulis eſt implicitum compluribus : naues fere peſſundabantur
nimia onuſtæ aqua:quam & madidum cœlum:& refluxus pelagi conro
gauerant:quare operepræcium fuit referre gradum : & domum redire
eodem itinere quo uenerant:neq; quempiam pauebant:quin potius ſpe
rabant ubiq;:& amice:& honorifice recipi:quandoquidem neminem læ
ſerant dum irent:uerum fere omnibus morem geſſerant.

## Cap.XCIX.

Quomodo admirans inſulas reddidit uectigales.

CVm itaq; rediiſſet ad hiſpanā inſulā ubi abiens complures hiſ
panos patritios loco præſidii dimiſerat : comperit Margari-
tum uirum ſtrenuum illinc abiuiſſe:qui prope iratus patricio
rum magna concomitatus caterua patriam repetebat:quæ ubi comper
ta habuit hominem illico inducunt:ut & ipſe patriam reuiſat :ratus ne
delatus regi:principis indignationem incurreret:domum tamen contē
debat ſub uelamento conſequendæ annonæ:& renouandi preſidii:licet
ut præfecimus alia ſubeſſet cauſa:non prius tamen abiuit : q̄ ſibi reges
aliquos reconciliauerit :qui ſuccenſuerant hiſpanis ob predas: & latro-
cinia illata ab eis:abſente admirāte:ue℞ corā ipſis regibus : quo℞ con-
ſpectū(ut par fuerat) minime erubuerāt:primo loco igiẛ ſibi reconci
liauit regē guarionenſiū : & cum eo neceſſitudinē contraxit arctiſſimā
deſponſata ſorore uni ex inſulanis:quem prius inter ſuos adnumeraue
rat:& habito interprete : citato gradu contendit ad id oppidum:quod
cōdiderat:nomēq; diui thomæ indiderat:hoc itaq; repit ab rege quodā
obſideri:& parū abfuit quin deditionē fecerit: quoniā iā trigīta diebus
cōtinuis obſidebaẛ nemine auxiliāte:liberato itaq; ab obſidiōe oppido:
regē cepit:q bellū nō ꝓuocatꝰ ītulerat :applicueratq; aīum:ut ꝑgeret

Multiiuge arbores aliæ alios ferētes fructus

Salū inſulis frequens

Seuitia indi gnabūdi pe lagi pedē re ferunt

Margaritus uir clarus

Sub uelamē to cōſequen dorum com meatuum re petit domū

Reges ſibi rurſum recō ciliat

Deſpondet ſororem uni ex inſulanis haud obſcu ro

Oppidū ob ſidione ſol- uit:rege ca- pto q ultro bellū intule rat

reliquos pfligare reges. uerum ubi intellexit incolas ob caritatem annonæ ſame laborare: quæ iam innumeros conſumpſerat populos: cauſa ſamis huius reiiciebatur in chriſtianos: qui eruerant fere omnes radices quibus ipſi panem conficiebant barbari: ſtatuit itaq; admirans regredi: hæc meditantē præfectum mox comeatus regis guarionexii largiter iuere: nam regio eius nondum ſamem paſſa fuerat: reuocato igit̃ ab incepto itinere præfecto: ut tutius regio coleret̃ ab hiſpanis: decreuit arcē erigere alterā: non longe ab ſancto thoma oppido in monte eminentiſſimo: arcem de nomine conceptionis nuncupauit: ubi uero incolæ compertum habuere hæſiſſe cordi chriſtianis: ut regione diutius potirent̃: legatos undequaq; mittunt: qui præfectū orent exorentq;: ut ſuos frenet: nec ut ab eis ea patiant̃: quæ uix ab hoſtibus expectaſſent: nā ut aiebant ſub prætextu querendi auri: mala innumera inſerebant: & fere totam deuaſtabāt regionem: adiicereq; ad hæc legati ſe male pendere uectigal: q̃ his aſſiduo uexari incurſionibus: & quiete frui poſſe nulla: conuenit itaq; inter eos ut regi chriſtiano uectigal ſoluerent hac lege: ut incolæ montiū cibanorum ſingulo trimeſtri (tres lunas appellant ipſi) auri quædam pondera ad urbem ipſam conueherent: qui uero aurum non habebant penderent aromata: & cotonum.

Fame laboratū eſt: erutis radicib⁹ qb⁹ panem cōficiunt

Arcē erigit cōceptionis noīe indito

Vectigales redduntur

Mēſes lunas appellant

Cap. C.

De regibus qui ob malefacta hiſpanorū deſciuere a chriſtianis.

IGitur dicti reges fame compulſi polliciti fuerant uectigal ſoluere hiſpanis: quoniam deficientibus radicibus: quæ illis loco ſiliginis: ac tritici ſuccedunt: panem conficere nequibant: niſi intollerabili labore fere nemora omnia peragrarent: tamen nonnulli ſidem datam ſeruarunt inconcuſſam præſcripto tempore: & ubi ſolidū præſtare non poterant: excuſabant pauperiem: promittentes ſe duplū ſoluturos cum ad meliorem fortunam deueniſſent: nam uictu deducto: uix habebant quod ſoluerent: ſub idem fere tempus qui aurum e terra egerunt inuenerunt auri granum: pondere unciarum uiginti: In regno non diſtante ab littore maris: Itaq; loco miraculi granum huiuſmodi allatum eſt hiſpaniarum regibus inuictiſſimis: idq; complures uidere: ſunt ibi etiam nemora que ferunt complura miratu non indigna & imprimis lignum ibi uiſitur: quod appellant ſandalium: uerum ea argutulus aliquis forte illi intempeſtiue obiiciet: cur celoces onuſtas eo ligno in hiſpanias miſerit: & non auro: cum illius relatu compertum habeant

Qui ſolidū pſtare nō poterāt: excuſabant paupiē

Auri granū ingens

Feracia nemora

inſulas huiuſmodi auro ſcatere plurimo:que obiecta non difficulter diluere poteſt hoc reſponſo:ꝙ licet ea regio uideatur abundare auro:ſi noſtris conferatur:non tamen tanta eſt copia eius:ut onerari poſſint naues:cum præſertim illud nõ ſine magnis laboribus erui poſſint e corde terræ:languentibus etiam uiris:quos ſecum ductitabat:qui ocio & laſciuiæ uacabant:adeo ut quæque deformarent tanto parta ſudore:deſidiæ ac uoluptati ſupra q̃ poſſim ſcribere addicti:quippe qui uel ipſum præfectum moribus ſuis cõtrarium pernitiali odio perſequebant̃:effeceruntqꝫ ſuis moribus:ut barbari qui ſuapte natura exleges ſunt:& infreni:magis ac magis efferarentur:proſilirentqꝫ degenerantes ab oĩ probata uita:perinde ut uſqꝫ in hanc diem expenſæ ſuperent lucra:tamen hoc anno qui milleſimus & q̃ngenteſſimus primus ẽ:bimeſtri legerũt ſupra duodecim mille libras auri:libra uero penſatur unciis octo:lucrati ſunt etiam alia complura quorum mentio fiet in ſequẽtibus:ſuperis fauẽtib⁹:& ne digrediamur a ꝓpoſitis:id noueritis eo anno tãtã uim uentorũ fuiſſe:ut illic arbores prope erradicauerit oẽs:eaſqꝫ in ſublime iaciebat ut uiderent̃ cœlũ ipſum contingere:iuertit ẽt tres liburnicas columbi:quæ erant in portu:adeoqꝫ mare inundauit ut ſupra mẽſurã brachii totã irrigauerit inſulã:huius igit̃ diluuii cãm barbari reiiciebãt in chriſtianos ob piacula:& ſcelera quæ patrauerãt quiqꝫ interturbauerãt eoꝝ quietem:adiiciebantqꝫ neminẽ fore tam longæuũ:qui meminiſſet tantæ tempeſtatis:quæ nec ſimilẽ uiſa eſt nec hẽre ſequentem:Itaqꝫ admirans ubi portũ applicuit:ꝓtinus iuſſit fabris lignariis (quos optimos ſecum habebat) ut celoces duas fabricarentur.

*Obiecta refellit nõ difficulter*

*Per luxũ & inertiam cũcta deformant*

*Barbari ſuapte natura exleges*

*Libra pẽſat unciis octo*

*Vis uenti maxima*

*Equor ad loca inſueta inundauit*

## Cap.CI.

### De arce extructa apud minam auri.

INterea Bartholameũ germanum ſuum:quem iam iſulis præfecerat cum nõnullis expeditis copiis ad effodiendũ aurũ miſit:nam hi quos ſecum trahebat milites eruendi auri:metalloꝝqꝫ ꝓbe nouerãt artes:diſtant hi montes unde egerit̃ auꝝ ab iſſabella inſula leucis fere.lx. interqꝫ alia eos monuit:ut diligentius loca explorarẽt. Igit̃ dictus Bartholomeus profectus eſt imperator:ſiue ut aiunt ipſi andelantadus:comperitqꝫ ualtiſſimas foueas ac ſpec⁹ altiſſimos eoſdemqꝫ uetuſtiſſimos:unde adſeuerant ſalomonem ſuos theſauros eruiſſe:ut eſt in diuina ueteriqꝫ hiſtoria:artifices qui aurifodinas erãt exploraturi:ceperant terram egerere:& iam ſuperficiem telluris eruerant:cũ

*Eruẽdi auri piti admodum*

*Andelantadus.i.præfectus*

*Inde aiũt ſalomonẽ eruiſſe theſauros ſuos*

mox compertum habuerunt aurifodinam huiuſmodi protendi nimium ultra.M.xvi. in eaq; auri tantum effodi poſſe rati ſunt :ut quilibet artificum ſingulo die uncias tres eruere non difficulrer poſſet:cuius rei illico bartholomeus certiorem fecit admirantem:qui ubi hæc accepit:decreuit rurſus in hiſpaniã redire:uerum prius nõ abiuit:q̃ inſulæ fratrẽ ſuum præfecerit:& illinc ſoluit ingrediente martio .Mccccxcv.patriã repetens.Interea bartholomeus ut monitis fratris audiret:arcem condidit:quam appellauit auream:quoniã dum conderent eam inuenta eſt arena auro mixta : trimeſtri abſoluit opus : ceperat uaria inſtrã auri eruendi fabricari:uerum fame graſſante nequiuit perficere: ſoluit igit̃ inde:dimiſſo præſidio uirornm decem:qui arcem cuſtodirent: prouiſo ne fame laborarent:dimiſſo cane ſagaci qui cuniculos uenaretur.Itaq; illinc abiens deuenit ad inſulam conceptionis eo menſe:quo guarionexius:& nanicantexius uectigal pendere tenebantur:& tributis exactis ab his duobus regibus:prouiſoq; de annona :quæ ſufficeret itineri pro ſe ſuiſq;:qui.cccc.erant:uentis uela dedit hiſpaniam uerſus.

Prius non abiuit q̃ íſulæ germanũ præfecit

Arx condit̃ quã appellauit aureã

Sagax cãis

Ventis uela dedit hiſpaniã uerſus

## Cap.CII.

### De commeatibus miſſis ab rege hiſpaniarum deq; eius præcepto.

IGitur circiter initium menſis iulii celoces tres onnſtæ fere oi genere commeatuum applicuerunt inſulas :ubi noſtri fame laborabant.uehebant.n.uinum:oleum:carnes aprugnas :bubulaſq; ſalitas:necnõ íſitia:& farcimina:& id genus alia complura:quæ mox partiti ſunt ſingulis:ut unuſquiſq; ſuã hẽret portionẽ:errogatis igitur cõmeatibus:regia promunt mãdata uidelicet regẽ iubere ut eas íſulas colãt:quæ meridiem reſpiciunt:ubi aurum egerit̃:omneſq; inſulæ acolas:& reges quorum inſidiis noſtri occubuerãt in hiſpaniam tranſmittãt: quare ut regio obſequerent̃ mãdato:mox corripuere.ccc.uiros regeſq; eorum:& in hiſpaniã miſſere:deinde colere ceperunt eã inſulæ partẽ:quæ reſpicit meridiẽ:& ibi in colle eminẽtiſſimo arcẽ conſtruunt:nõ longe ab portu celeberrimo:arcem appellant diui dominici: quoniam die dominico eo peruenerunt:portum prædictum interluit eximiũ flumen : quod innumeris piſcibus ſcatet:quodq; nauigantes uehit placido alueo prope ipſam arcem ad duodecimum lapidem:in arce uero iſſabellæ ualitudinarii milites cauſariiq; dimiſſi ſunt : necnon fabrilignarii non nulli:qui celoces duas frabricantur:cæteri uero contenderunt ad arcem

Multiiugi cõmeatus

Regis mandata

Arx diui dominici

Cauſarii milites

diui Dominici: qua erecta illi præfecit uiros .xx. & ſoluens illinc uerſus occidentem profectus eſt.

## Cap. CIII.

### Quomodo columbus ſuos comperit periiſſe.

IGitᷣ internauigandum deuenit ad flumen naybe quod ab me morata abeſt inſula. M. fere centum. & uiginti: deriuaturq́ ab montibus cibanis: qui meridiem reſpiciũt flumine traiecto: nõ nullos præmiſit exploratũ regiones quaſdã uerſus auſtrũ: ubi ingẽtiſſima ſandalii nemora conſpiciebantᷣ: exciderũt itaq́ hmõi ſandalii ſtruem maximã eãq́ depoſuerunt apud quoſdã tãdiu: donec redirent: & ſuis liburnicis aſportarẽt: dum igitᷣ præfectus latus dextrum percurreret nõ longe ab nayba flumine: inuenerũt regẽ quẽdã præpotentem: q illis populis bellũ iſerebat: ubi prædicta nemora uiſebantᷣ: decreueratq́ prius ab bello haud deſiſtere: q̃ ſuæ feciſſet ditionis: huius uero regis regnũ eſt in cornu cuiuſdam iſulæ ad occidentem: ſaragna dicitᷣ: & diſtat ab nayba flumine leucis triginta: regio aſperatᷣ montibus. Regiq́ huic circumadiacentes reges tributa pendũt parẽtq́: ut principi ſupremo: at præfectus nr̃ alloquutus eſt regem hmõi: perſuaſitq́: ut ſponte uectigalis fieret: a quo nõ difficulter impetrauit: ut annis ſingulis tributa pẽdẽs cotonum: & canabim mitteret: & alia nõnulla: qbus ea regio abundat: aurum uero ibi non naſcitur. Itaq́ rebus pacatis cõpoſitiſue: concordes una regẽ adeũt: a quo honorificentiſſime excepti ſunt efuſa omni plebe: quæ illis occurrit hilaris admodũ: & iucunda. Inter cætera hoc genus ludrici ĩ gratiam præfecti actum eſt: primo aduentu occurrerũt adoleſcẽtulæ triginta: quæ tãtummodo pudorem cooperuerant pãno cotoneo ſuo more: cætera nudæ: hunc morem ſeruant pediſequæ & coſmetæ: at heræ nudæ prorſus incedunt. Igitur prædictæ ramos oliuaꝝ manibus geſtabant: & ubi appropinquabant præfecto in ſignum fœderis: paciſue: illi ramos porrigebant: capillos uero ꝓmiſerant ꝑ humeros uitata fronte ambulãtes: colos iis erat cianeus. i. nigricans uiridis: uerũ pulcherrimæ ſũt: ſi omnẽ corporis habitudinẽ ſpectaueris: quod profecto his erat habiliſſimum: ſimetricũq́: poſtq̃ uero his iocis exceptus ẽ diſpoſitis lectis diſcubatoriis: cœna paratᷣ opipara: demũ itur cubitum apparatu ſane regio. poſtridie uero eunt in domũ quandam patentem: q̃ theatrũ referebat: & ibi ludrica exercuere cõpluſcula ut ſũt tripudia:

Nayba flu.

Nemora ſandalii

Rex ꝑpotẽs ſaragne. cui pendunt tributa reges finitimi

Is rex uectigalis effect⁹ eſt

Quo ludrici genere excep⁹ ẽ præfectus

Coſmeta q̃ heræ capita comit & exornat

Capillo ꝓmiſſo & uitata fronte.

Colos cianeus

Corpora ſimetrica

Lecti diſcubitorii

Cœna opipara

Ludus digladiatorius

& alia id genus:poſt hæc duæ hominum acies comparuere hinc & hinc atrox prælium committentes : nam adeo acerrime digladiabantur :ut hoſtes uiderẽtᷣ:& utrinq; ceciderũt multi:pluresq; occubuiſſent niſi rex ãnuiſſet:ut tẽperarent a manibus:arma erant tæla:arcus:& ſagittæ.

## Cap.CIIII.

### Quomodo reges qui deſciuerant rurſus ſuccumbunt.

Complures occubuerãt e noſtris

Aegros alio mittit

Arcem ſpei erigit

Arx diui iacobi

Arx conceptionis

Deſciuerᷣ reges uectigales ab hiſpanis

Barbaros fudit ueluti tumultuariam manum

ILlinc itaq; tertio die ſoluit :& rurſus iſabellã iſulam uiſit:ubi comperit ſuos uita functos:nam fere ducentum occubuerant uariis affecti ægritudinib⁹:quæ res adeo columbũ mœſticia ac dolore affecit:ut ꝓpe de expeditione deſperauerit & id imprimis hominẽ angebat:ꝙ uidelicet liburnicæ hiſpanæ uehentes annonam appebant nullæ:& iãpridẽ caritate cõmeatuũ præmebanᷣ:tãdem decreuere ægros partiri per loca mare adiacentia. Inter Iſſabellã & Sanctũ Dominicũ ſecus iter:qđ iter auſtrũ:& aqlonẽ uiſitᷣ:& ibi ceperũt cõderᷣ noua oppida:& primo lõge ab Iſſabella.M.fere triginta ſex arcem ſpei conſtruunt:poſt eam ad.M.prope.xxiiii.arcem erigũt diuæ caterinæ ab ea uero ad.M.fere.xx.arcem condunt diui Iacobi.poſt hanc autem ædificãt arcẽ cõceptiõis. Interq; eam:& diui Dominici erecta eſt alia :quam bonũ annũ nũcuparũt de noĩe Fundini Regis :colocatis itaq; ægris im memoratis arcibus;ipſe ad oppidũ diui Dominici cõtẽdit:& illic ab Regis uectigalibus accipit tributa:dũq; diutius inibi ĩmoratur hiſpanis uitã ducẽtibus per mile latrocinia:ac rapinas: complures reges deſciuere cõſpirarũtq; fere oẽs in hiſpanos:& cũ quadã die conueniſſent paraturi expeditionẽ in noſtros Guarionexiũ præficiũt exercitui: q numerum xv.Mil.hoĩum excedebat:uerũ præfectus nrᷣ:ubi de hac re certior fact⁹ eſt:mox eos diligentia & ſolicitudine præuenit:cepitq; ad unũ oẽs ꝓfligare:ueluti manum tumultuariam:non tamẽ ſine magno ſudore: ac labore:ac magnis periculis:utpote qui cum barbaris præliabamur : monet admirans ut his omiſſis ad eum redeamus.

## Cap.CV.

### De nouis inſulis:& gente multiplici compertis ab admirante columbo.

Admirans uerſus iſulas fortunatas contendit

ADmirans itaq; columbus die .xxviii.Maii.M.cccc.xcviii .ſoluit ab Barameda oppido non longe ab cades cum liburnicis octo onuſtis : iter agens uerſus inſulas fortunatas : prout conſueuerat:uerum per id tempus uiſum eſt conducere plurimum: ſi illac iter faceret ob nonnullos pyrratas:qui tunc mare infeſtabant. Illinc

uero ad mederæ inſulas contendit:& ibi claſſem partitus eſt bifariam: nam quinq; naues ad inſulam:quæ dicit hiſpana direxit: reliquas uero ſecum retinens:uerſus meridiem pergit: deſtinans animo uelle lineam æquinoctialem tandem aliquando ſuperare: & inde ad occidentem uergere:ut fere omnia ſcrutaretur:ea imprimis:quæ chriſtianis fuere ha ctenus inacceſſa incognitaq;. Is.n.erat uir alto animo celſoq;: nec niſi magnifica aggrediebatur:& tandem peruẽit ad caput uiride: indeq; ſol uens flante auſtro maria ſulcabat:& cum in altũ prouectus foret ad.M. fere.cccc.lxxx.in quandam deuenit regionem:ubi adeo ſol torrebat oĩa ut prope ipſa claſſis conflagraret: uiriq; omnes æſtu magno quaſi animã exhalabant:nam impellente calore dolia cõplura crepuere: effuſũq; eſt uinum oleumq; ſimul :cum id eis uſu eueniſſet in exortu caniculæ: quo conflagrant prope oĩa. In his itaq; caloribus per octo dies uerſati ſunt:nõ ſine uitæ diſcrimine.: pœnituitq; eos ſæpenumero has partes adiuiſſe:tranſactis autem octo diebus:flante uento fauonio:iter uertunt ad occidentem:rati clementiꝰ cœlum nanciſci poſſe:& accepto in pupi uento eo citatiſſime contendunt. Indies clemẽtius cœlum: ſalubrioreq; aerẽ nacti:nã tertia die poſtq̃ illinc abiuerant compererunt tantam tem periem aeris:ut ſi priori conferatur.hæc ſit prorſus fœlix:& fauſta.ulti ma uero iulii:e ſpecula eminẽtiori noſtrum quiſpiã eminus tellurẽ conſpexit.i.montes editiſſimos:quæ res tanto nos aſperſit gaudio:ut ꝑpe geſtiremus exiliremuſq;:quãdoquidem uſq; ad id tempus nos nr̃æ uitæ tedebat plurimum: nam deficiebant cõmeatus fere omnes: calore dolia crepuerãt:& uitam prope deſponderamus:ut uſu uenit aliquãdo ab morte parum diſtantibus:tandem aliquando ſuperis fauentibus terræ appropinquamus:uerũ non appulimus ob breuia q̃dam:q̃ mare procel loſum reddunt faciũtq;:ne ad littus tuto accedas:tamẽ cognouere terrã cultã fore:& habitari frequentiſſime:nam e claſſe conſpectabant locorũ amœnitatem:prata præſertim uirentia inq; eis innumeros flores:q̃ ſuaui tatẽ fragrabant inenarrabilem:ut uel ad ipſam claſſem mirus odor per uenerit:Illinc ſoluentes ad.xx.M.portum nanciſcunt abſq; flumĩe:alio quĩ optimũ:propterea inibi haud ĩmorati:ultra ꝓgrediunt:& mox aliũ cõperiunt portum ſtationemq; peropportunam:eo itaq; proficiſcuntur ociſſime:ut aque nihil non haurirent:portum appellãt charane:cuſpidẽ accole:prope portum nulle erant domus:uerum animalium compluriũ innumera ueſtigia:poſtridie uero eminus cõſpeximus canoã citatiſſime

Claſſem bifariam partitur

Cordi illi heſerat equinoctialẽ ſupaꝛ lineam

Vir celſo animo

Adeo torret inibi regio ut dolia eſtu crepuerint nimio

Clementius celum nacti ſunt

Conſpectu tellure gauiſi ſunt plurimum

Vitam ꝑpe deſpõderãt

Loca amœniſſima

Portꝰ peropportunus

Viri pudor tantũ coopto cætera nudi
Q uãto magis accerſebant tanto minus fidebant
Agreſſus eſt ferociam cõcentu lenire
Ad conſtrepẽtes tibias mox arma expediunt
Iecit prætextam & biretum i eorum cimbã
Profluẽs rapidiſſimus Admirans a puero mari aſſueuit
Ad occidentẽ plus ubertatis aquarũ

aduentantẽ:id eſt apud eos cimbæ genus. In eaq̃ .xxiiii. iuuenes ſagittis prope onuſti:geſtantes clipeos:pudore tantũ coopto: cætera nudi: nam pudibunda inumbrauerãt bombicino panno:capillũq̃ admodũ ꝓmiſſũ hẽbant:hos ubi admirãs cõſpexit nutu: & ſignis (quomodocũq̃ qbat) íuitat ꝓuocatq̃ ad mutua colloqa:illi uero quanto magis accerſebant:tanto minus nobis fidebant:ueriti ſemper ne fraus ſubeſſet quæpiã: paulatĩ diſcedentes a nr̃o conſpectu:& ſubinde poſt terga reſpicientes demirabãtur ritus nr̃os:formã corpoꝝ hactenus eis inuiſam incompertamq̃: uidens itaq̃ admirans minime poſſe allicere hos uiros nutibus neq̃ inclamatióibus:decreuit eoꝝ feritatem lenire melodia:aut cõcentu aliquo.mandat ꝓpea exiſtentibus in ſpecula eminentior̃:ut muſicã multiiugam excitent:choraules uidelicet & tibicines: ac id genus alios moneãt:ut concentũ efficiãt non mediocrẽ:quo allecti barbari ꝓpius accedant: hi uero ubi audiuere conſtrepentes tibias:rati ſunt belli ſignum fore:ueluti ſi ad arma conclamatũ foret: expediunt arcus ſagittaſq̃ bello ſe præparantes:& quoniã mirũinmodum fidunt ſuæ pernicitati condicto deſerta maiore canea:cimbam minorem ingrediunt ut fuga ſibi conſulerent ui remorũ adiuti:tamẽ tãtum eis appropinquauimus:ut quidam e noſtris iecerit in eoꝝ cimbã prætextam & biretum: quo facto conuenit inter eos:ut littus appellentes mutuo fruerent colloquio:dũ igit præfectus it ad admirantẽ ĩpetraturus cõmeatũ egrediendi claſſem:illi rati rurſus ne ſibi imponeretur:effuſiſſime fugerunt: igitur nihil aliud de populis huiuſmodi comperti habuim⁹: & poſthæc illinc abiuimus:& non longe prouecti deuenimus ad profluentem quẽdam adeo rapidiſſimum:ut admirans (qa puero aſſueuit mari) confeſſus ſit ingenue ſe non tantundem pauiſſe:formidauiſſeq̃:nam deriuabatur is profluens ab oriente:petens occidentem gradu citatiſſimo: eo itaq̃ prope ſuperato paulum progreſſi:deuenimus ad quoddam oſtium quod uidebatur ad portum quempiam nauigantes admittere: eoq̃ proficiſcebatur profluens: interq̃ oſtium: & alium profluentem ſinus eſt ad potandum ſuauiſſimus: unde aquæ plurimum hauſimus: poſt quem aiunt ſemper aquas ſuas ad leucas uigintiſex inueniſſe: & quanto magis appropinquabant occidenti tanto plus ubertatis ſuauitatiſq̃ aquaꝝ nacti ſunt:deinde deueniunt ad montes quoſdam eminẽtiſſimos: & eo accedẽtes uidere prædia culta admodũ:uerꝝ hoĩbus domibuſq̃ uacabat regio & ab alio latere mõtis occidẽtẽ uerſus uiſit planicies maxia:

exploratũq; habuere regionẽ nuncupari Pariã: foreq; ꝑgrandem nec raro habitatore. Inibi igiť pilotas accipiunt itineris duces quattuor: quorũ ducatu una diæ ſere præteruecti ſunt iſulã: cuius amœnitate allecti: terræ magis appropinquãt: & inſulam explorantes inuenerũt frequentiorẽ hominũ numerũ: q̃ unq̃ alibi nacti fuiſſent: & imprimis reges qui cachi dicuntur: quiq; continuo ad admirantem legatos mittunt: ſe ſuaq; ultro offerẽtes: enixe depcãtes eum: ut cõtinẽtẽ attigẽs frui ſuis bõis ꝓ arbitratu nõ dedignetur: uez admirans his minime aſſenſus eſt. Illi uero: ut hoiem ſibi demererẽtur: poſtridie inumeras cibas exornari iubẽt qb' patricios primoreſq; uecti faſtu non mediocri ad admirantem contenderẽt: torquibus aureis baciſq;: ac armillis decentiſſime honeſtati: inſigniti ue. hos noſtri incipiũt ꝑcunctari amice: unde tãtũ auri eruerĩt: & ubi margaritas legant: at illi illico reſpondent nutu: uniones reperiri in arenis maris ſibi contermini: ſignificantes rurſus nutibus uim maximã bacarũ inueniri inibi: uerũ uix eſſe apud eos in præcio: utpote q ſere nihil eas pendunt. has igitur tantas opes ſubinde oſtentantes nr̃is offerebãt: mõ nihil non illic cõmorarenť: uerũ quoniã triticũ claſſis faſtiſcere incipiebat: uiſum eſt conducibilius: ſi hæc mercimonia in aliud tempus dilata forent: mittunt tamen e ſuis nonnullos: qui terram ꝑq̃ diligenter explorent: mores ac ritus accolarum: necnon ſitum regionis: profecti ſunt itaq; eo e noſtris quidam: qui ab eis honorificẽtiſſime ſunt excepti: & quidem honorificentius q̃ unq̃ autumauiſſent: nã ad eos ſalutatũ accurrebãt accolæ certatim: cateruatimq;: nõ ſecus: q̃ ſi uiſum irẽt numen quodpiã. eos itaq; primo duo patricii excipiunt pr̃ & filius: ſuoq; more conſalutant: & mox conſalutatos ad domũ inſtar theatri ſcãm ducũt: ante eã aũt platea conſpicitur grandis admodũ: & eo allatæ ſunt ſellæ complures fabrefactę ex ligno nigricante: & quidem faberrime: conſederũt ergo omnes & illico erupit adoleſcẽtũ caterua: ferens fruct' oẽgenus uberrimos nobis ꝓrſus incognitos: poſthæc œnophori ſubſequũť uina electiſſima propinantes: cum fulua: cũ ẽt rubicantia: neq; id uinũ expreſſũ uuis erat: uez ex fructibus: baciſq; multiiugis eiſdẽq; ſuauiſſimis: uitem non hẽnt uiniferam. ubi itaq; cõmeſſati ſunt apud ſenẽ: in nati iuuenis mox diuertunt ædes: ubi complures uiſebantur mulieres adoleſcẽtulæ formoſeq; admodũ: quæ bõbicino panno uerſicolori cooptis tãtũ pudibũdis: cætera ſunt nudæ: & hæ hoium couẽtus refugiũt: ſolitariã uitã degẽtes: hos igr̃ uiros cepe nr̃i ꝑcũctari: uñ tãtũ auri eruerẽt: at

Paria regio habitatore frequens

Reges cachi dicunť

Vltro admirãti ſua afferunt

Splẽdor apparatus eorum q admiranti occurrere

Triticum faſtiſcere incipiebat

Honorificẽtius ſunt excepti: q̃ unq̃ autumauiſſent

Oenophori uina propinãt electiſſima

Vinum expreſſum bacis & id genus fructibus

Mos mulierum

hi quibus pro ſermone nutus erat innuebāt id e montibus quibuſdam egeſtum fore:nec tuto nos eo per id tempus ꝓficiſci poſſe:quandoquidem prout colligere potuimus ex eoꝝ nutibus:aut ibi ſunt fera quedā animalia:uel antropophagi canibali:qui montes obſeruant infenſi.Id nobis permoleſtum fuit:nam alter alterum haud intelligebat.

Quibꝰ pro ſermone nutus erat

Cap.CVI.

De reditu Admirantis ad inſulam hiſpanam.

ITaqꝫ noſtri illic immorati ſunt fere uſqꝫ ad meridiem :tempus non colloquiis ſed nutibus terentes: tandem uale dicto eis illinc abeunt non indonati:nam prope quiſqꝫ illorum donatus fuit baccarum torque non contemnendo.hos igitur admirans ſaluos excipit in claſſem uelaqꝫ uentis dedit ociſſime:nā triticum ut præfecimus non patiebatur moras ulteriores:herebat tamen cordi eo rurſus redire: progredientes igitur indies minus profunditatis comperiūt:adeo ut uix mare capax foret liburnicarum aquis deficientibus: ꝓpterea uiſum eſt expedire plurimum:ſi præmitteret̃ celox quæpiam:quæ contis uada explorarent & ſubſequenti claſſi iter prepararet:dum ergo diebus compluſculis cunctantur:pauideqꝫ maria ſulcant huiuſmodi:rati fore inſulam ſecus quam adnauigabant:ut demū eā circūuecti aquilone flante: uergerēt ad hiſpanā inſulā.Igitur inter nauigandū deueniunt ad quoddam flumē:cuius altitudo mēſurā triginta cubitoꝝ excedebat: latitudo autē ꝓpe imenſa credebat̃:adeo ut ſupra leuchas.xx.pateret:inter meridiē: & occidentem decurrit:licet adeo ſinuet:ut ad meridiē inclinare magis uideat̃:mare illic implicat̃ herbis perinde ut uix ſulcari queat nauibus: fluitantibus ſeminibus herbaꝝ inſtar lenticulaꝝ.Ibi refert admirans cœlum eē uſquequaqꝫ clemens ſaluberrimumqꝫ:& fere toto anno pares noctibus dies eſſe:ut fit ſub ipſo equatore : ubi itaqꝫ animaduertit ſinum eſſe implicitum & uix exitū habere:præſertim uerſus aquilonē:ut ad inſulā hiſpanā remearet:naues uertendo:facit ut prora pupim cōſequat̃: ordine præpoſtero:ea iter agens:qua ingreſſus fuerat:& herbas frequētiores tādē euaſit:dirigens greſſus ad aquilonem:nō deſunt q affirmēt eā tellurē cōtinētē indiæ eſſe:utcūqꝫ fuerit:id admirantē latuit:q terræ exitū nuſq̄ nactus eſt.propterea gradu relato:fauentibus ſuperis uerſus aquilonē nauigans:tādem aliquando ad inſulam hiſpanam deuenit uigeſimo octauo auguſti.M.cccc.xcviii.prout inſtituerat.

Illinc abeūt haud idonati

Illinc ſoluit quoniam triticū ulteriores non patiebat̃ moras

Equor uix nauigioꝝ capax

Ingens flumē & oſtii patentiſſimi

Salū herbis implicitum

Hic iugiter cælū eſt clemēs .& fere anno toto dies ſunt pares noctibꝰ

Ordīe præpoſtero maria ſulcant

Tellus credita eſt indiæ continens

Cap.CVII.

## De diſcordiis repertis in inſula hiſpana.

UBi igitur admirans appulit inſulam hiſpanam nactus eſt fere
cuncta confuſa:& imprimis comperit orlandum quendã alũ
num ſuum deſciuiſſe:qui aſilum improbis omnibus aperuerat
hunc igitur admirans totis conatibus nixus eſt ſibi reconciliare:uerum
is nedum reconciliari uoluit:ſed & regi ſereniſſimo grauiter de admirã
te conqueſtus eſt litteris quibuſdam huius fere tenoris:nouerit.v.Re-
gia.M.nos iampridem paſſos fuiſſe ab admirante:Bartholomeoq; fra-
tribus:quæ ab impiiſſimis hoſtibus nuſq̃ expectauiſſet quiſpiam: nam
præter illud ꝙ ſunt omnibus ſceleribus addicti:uacantq; omni honeſta
te:id plus etiam habent:ꝙ uiri truculentiſſimi:pro re quaque minima:
ueluti uitæ neciſq; noſtræ poteſtatem habentes:in homines ſęuiũt atro
ciſſime:& nullus eſt innocentiæ tutus locus:eis eſt impune occidiſſe ho
minẽ:uiri ſunt:& iniuſti:& arrogãtes inuidiq; plurimum: & ambiũt ſu
pra modũ quæ ſibi haud quaq̃ conueniũt.ꝑpea rex ſereniſſime cũ ĩ nos
graſſarentur ueluti in pecudes:ab eis deſciuimus.quoniã nimium ſunt
ſanguinis humani appetentes:& ueſtrũ imperium ſubuertere cõtẽdũt:
nihil relinquẽtes intemptatum:ut inſula potiri queant aliquãdo:& hoc
erit uobis non obſcurũ argumẽtũ:ꝙ ubi effodiendũ eſt aurũ : emendũ
ue:neminẽ ad aurifodinas admittunt præter ſuos complices : & alum
nos:quos hñt ſuoꝝ ſcelerũ conſiliarios:At admirans in hanc fere ſñiam
regi ſcribit.Rex ſereniſſime ne uos horũ uiroꝝ ſceleſtiũ impura natura
lateat:uobis teſtatiſſimum fiet:hos hic iura omnia diuina pariter:& hu-
mana cõtẽpſiſſe:uitã nãq; agunt ĩpuriſſimã:per cedes:ſtupra : ac rapi
nas ſe exercentes:qui ueriti ne horum interdũ pœnas luerẽt:deſciuerẽt
ab ĩperio regio:uoluptati:deſidiæ:ac libidini:ſupra q̃ ſcribere poſſim :
dediti:qui ubi laxiore ocio proſiliunt : corpora exercent inter humanas
cædes:nã uoluptas apud eos ducitur maxima:hominem patibulo ſuſpẽ
dere:Interea dum maledictis:& probris mutuo contẽdunt:rex quidam
(quem appellant cigianorum)deſciuerat ab chriſtianis :quiq; exercitũ
ſex.M.hominum ſecum trahebat:præter ſagittas:& arcus inermẽ (nã
nudi incedunt etiam exeuntes ad bella :corpora uero notis complurib⁹
inurunt:compunguntq; ſtigmatibus a uertice uſq; ad pedum plantas)
hunc igitur poſt uarias interturbationes ueluti tumultuariam manum
fudit :ac protinus ſubegit:ſubactumq; reddidit uectigalem.

Orlãdus im
probis aſilũ
aperit

Admirans
conuellitur
apud regem
his litteris

In admiran
tẽ & eiꝰ ger
manũ hæc
cõminiſcũt

Argumẽtis
res probant
Refellit de-
latorũ lr̃as
admirans ꝑ
epiſtolam
Viri ſceleris
impuri.
Rex cigia-
norum exur
git in chri-
ſtianos
Hunc do-
muit ac cõ-
peſcuit uelu
ti tumultua
riam manũ

Cap.CVIII.

## Quomodo admirans falſo delatus regi miſſus eſt in hiſpaniam uinctus ueluti captiuus quiſpiam.

*Virum ſtrenuum iſulis præficiunt*

*Gubernator ab rege ꝑſona accepta mittit admirãtẽ in hiſpaniã cũ germano uinctum*

INterea reges hiſpaniaꝝ ex utriuſq; litteris certiores facti ſunt controuerſiæ:& uelitationis ſuorum:qui inſulas præſidii cauſa incolebant. Igitur ægre ferentes quæ referebantur utrinq;: cum præſertim in tanta auri copia nihil adhuc emolumenti ſuſceptum foret:graſſantibus inter ſe ſuis:decreuerũt his q̃primum occurrere : propterea uirum ſtrenuum dictis inſulis præficiunt:qui eo contendens nemine excepto:animaduerteret in reos quoſcunq; : aut in hiſpaniam mitteret puniendos:profectus eſt igitur gubernator:ab rege accepta perſona:& ubi delatoribus aures præbuit:mox ab inuidis admirãtis ſubornatus:admirantem:& germanum uinctos in compedibus ad reges miſit:q ubi cades applicuere ſoluti ſunt:& ultro ſeſe conſpectui:regio preſentarunt. Inq; regum regia ſplendidiſſima uſq; in diem preſentem non inhonori degunt.

### Cap.CIX.

### De inſulis inacceſſis:& uariis moribus.

*Alumni admirantis:impetrato ab eo cõmeatu peregre proficiſcuntur*

*Petrus alonſus dictus niger.*

*Paria regio bacarum ferax*

*Commertia exercent*

POſtq̃ admirans eo infœlicitatis deuenit:ut regum indignationem incurriſſe:uideretur complures e ſuis alumnis:qui ſulcãdi maris probe nouerant artes: decreuerunt inter ſe irreuocabili propoſito:ut ſeſe fortunæ committentes orbis partes adirent hactenus inacceſſas: & mœſtiſſime uale dicto admiranti: impetratoq; ab eo commeatu:ſua impenſa liburnicas quaſdam expediunt:alii alias petentes orbis partes:ea lege:ut nemo eorum ad quinquaginta leuchas illis locis appropinquaret ubi admirans fuiſſet. Igitur Petrus alonſus dictus niger celocem communiuit ſuis impenſis :decernens ad meridiem contendere:dum itaq; adnauigat:peruenit ad id loci:qui dicitur Paria:cuiꝰ in ſuperioribus commeminimꝰ : ubi baccas margaritaſq; multiplices admirans inuenit:& ut ab præſcripto regio nõ diſcederet : locum præteriuit:nuſq̃ appropinquans ad leucas quinquaginta. Illinc itaq; ſoluens :deuenit ad prouinciam:quæ curtana dicitur:ubi portus uiſitur non abſimilis illi qui cades appellatur. Ingreſſus igitur portum : uidit uicum non mediocrem domorum forte.lxxx. & propius accedens nactus eſt uiros quinquaginta nudos : qui eum locum minime accolebant: uerum illinc ad tertium lapidem oppidum habebant:cum quibus cepit commercia exercere:cõplura ꝑmutans:nam pro mercibus quidusdam: ut ſunt acus

& ſonalia:licet nonnihil reluctati fuerint:unionum uncias.xv.conſecuti
ſunt:hos enim appenſos collo habebant:poſtridie illinc ſoluit: & ad ui
cum minorē rediit:quo cum deuenit omnis popul⁹ effuſus illi obuiam
profectus eſt:rogans enixe:ut continentem attingens ſecum moram lō
giuſculam traheret:uerum petrus alonſus:ubi conſpexit tantam homi-
num frequentiam:nam ſupra triginta tres uiros celox minime uehebat:
timuit ne ſibi male ſuccederet cum gente barbara:propterea nutu:& ſi
gnis innuebat accolis:ut ſi quæ emere uellent:eo contenderent:ſe haud
quaq̄ deſcenſurum adfirmabat:quare his uiſis accolæ :lembis quibuſdā
uecti ad celocem contendunt onuſti unionibus:& baccis:qui cepere cū
noſtris mercimonia exercere:& pro nonnullis uiliſſimis mercibus:dede
rūt libras fere quinquaginta unionū. poſtq̄ aūt alonſus niger cōpertū
hūit gentē huiuſmodi minime feram eſſe:nam per.xx.prope dies illic
immoratus eam compit nihil feritatis hēre: ſtatuit in terrā deſcendere:
& huic genti fidere humaniori.Igitur ubi terram tenuit adeo honorifi
ce exceptus eſt:ut id uix referre queam :domos habent ligneas :& pro
imbrice palmarum folia habent:his tegunt omnia:In cibatu oſtreas ha
bent gratiſſimas & ex illarum complures:legūt uniones :apros:lepores:
columbos:turtures affatim habent:mulieres uero anſeres ſagināt:& ana
tes:ut nr̄e:in eorum nemoribus uiſunt pauones innumeri ab noſtris nō
nihil abſimiles:ſi pennas ſpectes:mares paui uix differunt:a feminis:fa-
ſianis regio ſcatet:accolæ ſagittandi ſunt peritiſſimi:quācunqꝫ rem pro
ſcopo poſuerint:nuſq̄ aberrant:ibi igitur alonſus cum ſociis lautiſſime
multis diebus uixit:fruſtum panis pro clauis ferreis quattuor conſeque
bantur:pro uno clauo faſianos:columbos:& turtures emebant : loco pe
cuniæ corollas uitreas dabamus:& acus:percunctabamur quādoqꝫ eos
cur tanti facerent corollas huiuſmodi.i.ſerta uitrea:& acus :reſponde-
bāt ꝙ eis compurgant dentes:euelluntqꝫ ſentes:e pedibus:quoniam nu
di uſqꝫquaqꝫ incedunt:propterea magnifaciūt:acus:& imprimis magni
pendunt ſonalia:ubi uero introrſus profecti ſunt : conſpexere condēſiſ
ſima nemora:uariiqꝫ quatrupedum mugitus reboarunt:adeo ut cœlum
ipſum intonuiſſe uideretur : tamen rati ſunt ea animalia minime fera
eſſe:argumento ꝙ accolæ intrepide nudi nemora luſtrant : ſolis arcu-
bus:& ſagittis communiti:pro arbitratu apros in promptu ſemper ha
bent:mitiora armenta habent nulla:ut ſunt boues:capræ:& pecora:uiri
non ſunt abſimiles illis:qui inſulam incolunt hiſpanam:capillum nigrū-

Effuſus po-
pulus obuiā
ꝓcedit alon
ſo
Lēbi genus
cimbæ
Gens haud
effera
Domos ſu-
beūt ligne-
as & ꝓ ibri
ce foliis pal
maꝝ utunt
Multiiuga
auitiorū ge
nera
Paui noſtris
abſimiles
Callēt artē
ſagitandi
Corollæ q̄:
Acubus ſen
tes euellunt
& uitro cō-
purgant dē
tes
In nēorib⁹
reboat⁹ ma
ximi exau-
diuntur
Mitiora ar-
menta hn̄t
nulla

promittunt:illudq; quaſi more theutonico calamiſtratum ferunt:ut autem dentes habeant albicantes:herbam quandam aſſiduo eſitant ruminantq;:tritam expuunt:moxq; abluunt latice:eorum mulieres colunt curantq; rem domeſticam:at uiri uenatu exercent corpora:tripudiis ac ſere ludicris omnibus uſquequaq; inſiſtentes.uaſa ſamia habent cōplura:quæ aliunde eo comportantur:figlinas tabernas ipſi neſciunt:nūdinas habent:& emporia:eoq; confluunt fere contermini:finitimiq; omnes uarias multiiugaſue ferentes merces:prout cuiuſq; ſolum gignit:pecunia eis haud eſt in uſu:cuncta uenduntur:emunturq; permutatione rerum:non ſignata pecunia:aues manſuefactas:& cicurata animalia circū ferunt ludrici cauſa:eaq; exornant torquibus unionum baccarūue:nec non auri:ut apud nos mos eſt colla canum torque quapiam condecorare:ea regio non fert aurum:importatur aliunde:Idq; conſequuntur ſuarum mercium permutationibus & excuduntur germanorum numi aurei:quos renenſes uocant:uiri loco femoralium:utre utuntur:itidem mulieres agunt:uerum hæ perraro exeunt:domi ſe continentes:ceperūt noſtri uiros huiuſmodi percunctari:an longe ab ea regione eſſent Maria:an forte in immenſum regio protenderetur:reſponderunt ſe id neſcire:uerum credidere noſtri eam regionem non inſulam ſed continentē:quādoquidē adeo ſcatet omni genere animalium:ut non ſit abſonum credere continentem potius eſſe:q̄ inſulam:cum præſertim per id latus uerſus occidentem nauigauerint ad.M.prope mille nec tamen terminus repertus eſt quiſpiam:demum ſciſcitabamur ab eis unde tantum auri haberent:pro reſponſo habuimus.Id erui in regione:quæ dicitur chenchiete:quæ abeſt ab eis itinere ſex dierū occidentem uerſus.

Capillū promittunt

Herbā eſitant qua dētes cōpurgātur

Nūdinas habēt:& emporia

Signatā nō habēt pecuniam

Cicurata animalia ludibrii cā circū ferunt

Monetā cudunt germanicam

In ancipiti ē an continēs uel īſula fuerit

Chenchiete regio auri ferax

Cap.CX.

De gentibus uariis lociſq; innumeris ab alonſo repertis.

EO igitur alonſus niger proficiſci decreuit:& tandem prima nouembris.M.ccccc.canchietem regionem applicuit:quem ut uidere accolæ:mox exuto timore commercii cauſa honorifice exceperunt ferentes quicquid auri per id tempus habebant:parum quidem tulerunt uerum obrizum:defecatumq;:regio abundat pſitacis temperieq; eſt incredibili:nam menſe nouembri multus ibi algor:& rurſus in æſtate nullus æſtus torret plagam huiuſmodi:temperata eſt regio admodum:Id hominum genus ſincerum eſt:& ſimultatis nullius:

Tulerunt obrizū defecatūq; aurū

Tēpata admodū regio

Hominū gen⁹ haud ſubdolum

ſidunt cunctis:ledunt neminem.Ibant ad nos uecti lembis : & cimbis ſuo more fabrefactis intrepide noctu præſerti:non aliter q̃ ſi proprias ædes frequentarent.Id habent tamen:q zelotypia plurimum laborant cum nos adeant:mulieres domi dimittũt:bombice ſcatet regio.qppe q ſuapte natura gignitur : colente nemine:eo ſubligacula conficiunt:quibus oculunt inguina.tandem illinc ſoluere:& progredientes itinere dierum.x.nacti ſunt regionem amœniſſimam:ubi erãt complura oppida: flumina:uiridaria:adeo ut ſpectatiorem nuſq̃ locum uiderim :eo igitur ubi accedere uoluimus:mox apparuere fere duo mille hominum : qui ſuo more arcus & ſagittas geſtabant:loricaſq; littus perq̃ diligenter obſeruantes.hos cepimus nutibus:ſignis:& inclamationibus ad amicitiã & fœdera prouocare:uerum nuſq̃ adduci quiuerunt:ut nobiſcum inirẽt fœdus:uidebant magnam ruſticitatem(imo feritatem quandam)præ ſe ferre:q̃obrem credidimus ſilueſtres eſſe:corpora tamen habent habiliſſima ſimetricaq;:colore ad nigritudinem inclinato:in uniuerſum macilenta:Quare alonſus niger iam repertis content⁹: ſtatuit referre gradũ: & patriam uerſus:ea rurſus tranſire qua uenerat.

Zelotypia plurimũ laborant

Regio amœniſſima

In fœdera & amiciciã deſcendere noluerunt

Corpora habebãt ſimetrica

## Cap.CXI.

Quomodo alonſus patriam repetiit onuſtus bacis:& margaritis:& quomodo congreſſus eſt cum Canibalis.

IGitur relato gradu alonſus adnauigans deuenit in eã regionẽ quæ ciniana dicitur:ubi innumeri ſunt uniones:& illic immorati ſunt.xx.dies ut feſſa fouerent corpora:& priuſq̃ eo deueniſſent:non longe ab regione obuiarunt caneas.i.cimbas.xviii.canibalorum:quos antropophagos iam diximus:qui ubi noſtros eminus conſpexere:continuo celocem ambiũt:arcus & ſagittas intrepide expediẽtes:at noſtri tormẽta exonerãt:& ueluti manum tumultuariã protinus fundunt:q cũ terga dediſſent:a noſtris haud deſerti cimbam amiſere : qui uero in cimba erant præcipites ſeſe in pellagus dederunt: & nando fere oẽs euaſerunt:unum tamẽ ex illis corripuere :qui adeo ſeuiebat i humanos:ut in promptu uiros tres ligatos haberet:quos illico comederet.his itaq; ſolutis illis:cuſtodiẽdum cãibalũ dedim⁹:q nõ imemores cedis ſuoꝝ:uirum atrociſſimum mox aggrediunt pugnis ſcipionibuſq; : quibus confectus parum abfuit:quin animã efflauerit:nam is ſocios cõtrucidauerat ſuos:& poſtridie eos quos libertate donauimus trucidaturus erat:poſt hæc percunctamur eos de canibalorum morib⁹: hi nobis

Ciniana regio unionũ ferax

Cum antropophagis cõgrediunt

Vnum ex canibalis corripuere

Canibali humãi cruoris nimium appetentes

reſpondent ei⁹ conſuetudinis eſſe:ac feritatis:ut humanum ſanguinem plus nimio appetentes:peragrent circumadiacentes regiones:& ubi ter tæ appropinquauerint:mox aggerem palis:& id genus lignis complu rib⁹ extruunt:quo ſe tutantur tantiſper:donec regionem deuaſtauerit: humanos corripientes:regio bacis abundat plurimum. In funere primo rum hunc morem ſeruant:patricius ubi uitam exuit in carpento quod dam collocatur:& igne ſubdito ſenſim ueluti in ſuffitu corpus conſumi tur guttatim diſtilante liquore humano:donec ſola ſuperſit cum oſſib⁹ cutis:& eam recundunt ueluti rem ſacram:& is eſt uita functi non me- diocris honos. Itaq; his acceptis illinc.xiii.menſes ſoluerunt:patriam re petentes:fere onuſti unionibus pluriſariã: nam uehebant complura:& imprimis baccarum omnegenus: libras.xcvi.libram uero unciæ octo efficiũt:emerant.n.huiuſmodi margaritas pq̃ uili precio:nauigando tan dem in Galitiam diebus.xvi.deuenimus:& ibi mangonibus:quorum in genium eſt:& unioẽs:& gemmas adamuſim cognoſcere: margaritas hu iuſcemodi oſtendim⁹ uiſu quidem pulcherrimas:uerum eorum ſenten tia præcii perq̃ mediocris.

Mirus parẽtandi mod⁹ Cõſumpta carne: oſſa & cutis loco reliquiarum adſeruantur

Onuſti pluriſariã unionib⁹ domũ tendunt

Mãgonum ingenium

## Cap.CXII.

De nauigatione Pinzoni ſocii admirantis:& de reb⁹ p̱ eum reptis:

VIncentianus dictus Pinzonus:necnon aries eius germanus ſocii olĩ colũbi ĩ primeua nauigatiõe ãni uidelicet .M.cccxcix. ſua ĩpenſa celoces quattuor expediunt: cõmuniũtq; oĩ gene re cõmeatuum:& tandem ſuperis fauentibus ab palos oppido ſoluunt xviii.nouembris uerſus inſulas canarias:quas fortunatas appellamus:ut & ipſi hactenus inacceſſa adirent:& inde honorem:decus:& emolumen tum aliquando conſequerentur:relictis igit̃ inſulis Fortunatis:ad caput uiride deueniunt apeliote flante:quo uento nauigarunt ad leucas prope ccc.& in ea nauigatione tãtũ progreſſi ſunt:ut aquilonem iam non cer nerent:& ubi id ſidus:quo duce utebantur:euanuit ab eorũ oculis mox atrox ſecuta eſt tempeſtas:uentus uidelicet ualidus cum imbre grandi ne mixto:tamen apeliote uento adhuc uehebantur:non ſine magno di- ſcrimine ad leucas.cc.xl.proceſſerẽt:& tandem aliquando.xx. Ianuarii eminus conſpexere tellurem:cui quanto magis appropinquabant:tanto minus profunditatis inueniebant:deficientibus ſubinde aquis:propte- rea cunctis uada explorantes:nacti ſunt profunditatem non excedere ſe decim cubitorũ:tandem in terram deſcendunt:& cum ibi biduo immo rati fuiſſent:nemo uſq̃ apparuit:paulo igitur progreſſi noctu cum luna

Pinzonus

Fortunatæ inſulæ

Aquilonem amplius nõ cernebant

Atrox exorit̃ tempeſtas

Cum luna p̱nox foret

pernox foret:conſpicati ſunt a longe micantia arma exercitumq̨ nō me
diocrem:eo igitur e noſtris triginta profecti ſunt:quibus præfectus iuſ
ſit:ne hoſtem laceſſerent:& cum comperiſſent armatorum aciem eſſe:
gradum referunt:rem in craſtinum differentes:ne ab præſcripto præfe
cti recederent. Poſtridie itaq̨ prima luce triginta uiri rurſus eo contē
dunt qui ubi ab barbaris cōſpecti ſunt:mox excitarunt triginta duos ui
ros torui atrociſq̨ aſpect⁹:q eis occurrerūt ſagittis & arcubus ſuo mo
re armati:hos nr̄i ceperunt nutibus & inclamatiōibus ſibi uelle cōciliare:
at illi ſeuiebāt magis ferociam incredibilem præſe ferentes:nec unq̄ ad
duci quiuerunt:ut fœdera pacis nobiſcum inirent:quare noſtri his uiſis
claſſem repetunt.poſtero die barbaris congreſſuri:uerum illi nocte in
tempeſta caſtra deſeruere.Luſitani uero rati ſunt uagos huiuſmodi po-
pulos:nec alias habere ſtationes q̄ Egiptii populi habeāt tartariq̨:qui
errabundi per orbem:nec mapalia nec domos habent:niſi quas quæuis
dies obtulerit:apud omnes aduenę:eo p̱gunt quocūq̨ uoluptas trahit:
modo huc:modo illuc:uxores & natos ſuppellectilemq̨ ſecum trahūt:
eorum ueſtigia e noſtris complures perſecuti ſunt: & ut ex pedum ue
ſtigiis animaduerterūt proceriores ſunt noſtris:nam planta pedis duplo
maius ueſtigium impræſſerat :q̄ procerus quiſq̨ apud nos figeret. pro
greſſi itaq̨ ultra deueniunt ad flumen quoddam magnum quidem :ue
rum nr̄e claſſis minime capax.p̱pea cimbas expediūt:quæ terræ appro
pinquantes regionem exactius explorarent.his igitur iam terram tenen
tibus:mox occurrūt populi innūeri inermes:idemq̨ nudi:qui nutibus:
& ſignis noſtram appetere amicitiam uidebantur:noſtri tamen utpote
morum eorum expertes:nō ītrepide accedebant.uiſum eſt itaq̨ hoc mo
do populorum rit⁹ experiri:ſi quo modo adduci poſſent ad exercenda
commercia.Igiť unus e nr̄is iecit in cōfertam barbarorum turbam ſona
glium:at illi in noſtros fruſtū auri quo facto hiſpanus quidam audacu
lus accurrit:ut aurum proiectū acciperet:at illi condicto hominem cor
ripiūt mira pernicitate.noſtri uero relicta claſſe ſocio ſuppetias ferunt:
& mox ingens prælium conſertum eſt:eoq̨ diſcriminis noſtri peruene
re:ut uix eis pedem referre licuerit:urgentibus barbaris:nec profuit eis
habuiſſe longiores haſtas:enſeſq̨ : quandoquidem id genus uulnerum:
& deniq̨ mortem contemnentes ruebant in eos:ueluti atrociſſimæ feræ
urinantes(ideſt aquis immerſi)adhuc claſſem infeſtabant. effeceruntq̨
ſua feritate:ut noſtri male accepti celocem amiſerint:occiſo illius nauis

Viri torui aſ
pectus fero
citantes plu
rimum

Vagi popu
li habent po
tius terras q̄
habitent

Proceriores
nr̄is cogno-
ſcūť ex pedū
ueſtigiis

Populi hu-
iuſmodi nu-
tibus noſtrā
amiciciam
appetere ui
debant

Hi populi fa
laces noſtri
impoſuere

Ingens præ
liū cōſertū
eſt

Vrinantes
claſſem infe
ſtabant

præfecto:noſtri autem mœſtiſſime id ferentes:illinc amiſſa celoce ſol-uerunt:& ad aquilonē contenderūt:eo modo ſe ſinuante littore.

## Cap.CXIII.

### Quomodo Pinzonus mare potu ſuaue īuenit:& de inſulis uariis.

Equor potu haud inſuaue
Complures conſpicabiles inſulæ
Chiama marina tābala
Septemtrio fere ſub orizonte.
Payra regio
Nemora ſādalii
Inſulæ īcultæ canibalorum metu.
Arbores q̄ ferūt electiſſimā caſiā
Arbores immenſe proceritatis
Prodigioſū animal quadrupes.
In crumena catuli deliteſcunt
Illiberis.i. granata

PRogreſſi igitᷣ ad leucas fere.xl.nacti ſunt pelagus potu haud inſuaue:& dum cauſam ſuauitatis inſolitam quærunt : deueniunt ad quoddam oſtium ingentis fluminis:quod in id mare uaſtiſſimo impetu exonerat:contra oſtium autem inſulæ uiſuntur complures cultæ admodum:ac conſpicabiles:uerum ibi nihil comperunt:quod ad eorum ſpectaret commercia:mancipia tantum trigīta ſex emerunt:quoniam nil compertum eſt inibi:quod expectationi illorum faceret ſatis:eis præſertim qui auide:lucris inhiabant:regioni nomen eſt chiama marina tambala:eius accolæ referebant introrſus eſſe aurifodinas complures : poſtq̄ illinc abiuimꝰ non longe ab flumine itinere perpaucorum dierum:rurſus ſeptemtrio apparuit fere ſub ipſo orizonte:qui noſtrum uiſum terminat:peractis itaq; leucis.l.ea computatione:ad eam regionem deueniunt:quæ payra dicitur:& īde ad oſtium: quod appellant draconis:quodq; eiuſdem eſt regionis:quo aliquādo ꝑfectus eſt admirans:iter faciens per quaſdam inſulas:quæ ſunt e regiōe payre prouinciæ ꝓpe innumerabiles:ibi ſunt nemora ſandalii:quo onerant negociatores ſuas liburnicas comportantq; alio. Inter has inſulas: quarꝫ meminimus:complures ſunt incultæ deſertæq; canibaloꝝ metu: ꝓpea ingens domoꝝ ruina conſpiciebatur:uidere ētnū plurimos hoīes: qui uiſis noſtris mox dilapſi ſunt in editiſſimos montes .ea regio fert arbores:quæ gignūt caſiam electiſſimam.Nos uero rati his mercimoniis ineſſe lucrū ingens.multum caſiæ in hiſpaniā comportauimus : uerum phiſici aſſeuerabant eam quidem optimam eſſe:ſi opportūo tempore legiſſent:ibi uidebis arbores tantæ proceritatis:ac magnitudinis:ut ſi ſex hoīes reſtim ducerēt nec amplecti q̄rēt arborē unam: conſpexere ētnū ibi animal quadrupes prodigioſum qdē:nā pars anterior uulpem:poſterior uero ſimiā preſentabat.niſi ꝙ pedes effingit humanos:aures autē habet noctue:& infra conſuetam aluum .aliā hēt inſtar crumenæ. in q̄ deliteſcunt catuli eius tantiſper:donec tuto ꝓdire queant :& abſq; parētis tutella cibatum querere:nec unq̄ exeunt crumenam:niſi cum ſugūt: portentoſum hoc animal cum catulis tribus ſibiliam delatum eſt: & ex

ſibillia illiberim .i.granatam:in gratiā regum:qui nouis ſemper rebus oblectant̄:catuli licet in itinere perierint conſpecti ſunt tamē ab compluribus:qui huic rei adſtipulant̄:Is itaq; uincentines affirmat adnauigauiſſe ſecus littus payræ fere leuchas.Dc.nec ambigit quin continēs exiſtat:illinc ergo ſoluentes ad inſulam hiſpanam deuenerunt.xxiii.Iunii.M.ccccc:& inde aiunt rurſus maria ſulcaſſe occidentem uerſus ſupra.ccc.leucas:& cum deueniſſent ad quandam prouinciam:atrox tēpeſtas adorta eſt eos:effecitq;:ut protinus duæ celoces peſſum ierint : altera uero crepuit:at altera ſalutem ſociis præbuit:non tamen ſine ingenti diſcrimine:ſeuiebat profecto ſupra modum tempeſtas: uerum ad id accedebat ꝙ ſocii laboribus innumeris feſſi :uix ſui potentes erant : poſiti igitur inter ſalutem ambiguam:& metum:eminus nauim conſpiciunt quæ uentis proſperis uecta perq̄ celeriter maria ſulcabat : & quoniam perpauci ſupererant:ſibi nimiū metuentes:ac uitā prorſus deſpōdentes:in eam deuenerant opinionem:ut ſe mutuo occiderent.propterea in terram deſcendunt:rati omnino ſe atrocia ſubituros:hæc meditantibus non defuit ſupernum auxilium:nam pacatis uentis:mari reddita eſt tranquilitas:propterea conſpecta naui:in qua homines ſolum xviii.ſuperſtites erant:reſumunt animos:& in hiſpaniam redire parant: utraq; igitur nauis uela uentis dedit patriam repetens:quo deuentum ē ultima ſeptembris:poſt hos uero complures alii nauigarunt meridiem uerſus.Iter agentes per payram Regionē itinere .M.quinq; mille:nec unq̄ terminum nacti ſunt:ideo arbitrantur cōtinentem:non iſulā:unde nuperrime allata ſunt complura:ut ſunt caſia aurum:bacce : piper cinamomum:herbæ:arbores:animalia multiiuga:& alia cōpluſcula : quæ apud nos minime uiſuntur.

Altera peſſū iuit:altera crepuit

Vitam ꝓpe deſpōderāt

Mari reddita eſt trāqlitas

In patriam deueniunt

Quā uaſta regio ad meridiem.

Quæ ab meridie allata ſunt.

## Cap.CXIIII.

### De nouo orbe:e lingua hiſpana in italicam traducta.

SVperioribus diebus abunde reddidi te mei reditus certiorem uir præſtantiſſime:nam ſi probe memini cōmoneſeci tuā præſtātiā de his oībus orbis ptibus:q̄s adiuerā cū claſſe: & īpēſa Regis huius inuictiſſimi:quæ ſi ſingulæ pēſitatius expēdunt̄:uidebunt̄ ꝓfecto alterū orbē efficere:ppea nō abre nouū orbē nūcupauim⁹: nā priſci omnes harū rerū ꝓrſus exptes fuere :ſupantq; eorū opinionē q̄ nuperrime abs nobis ſunt compta:quādoquidē hi rati ſunt ultra lineam æqnoctialē meridiē uerſus nihil eē niſi uaſtū æquor:puſtas īcultaſue in

Nouus orbis

Hic reffelit eorū ſententia:q aiūt ultra equatorē nihil eſſe niſi uaſtum æquor

ſulas quaſdam:id pelagus athlanticum dixere:& ſi quãdoq; aſſenſi ſunt
nonnihil telluris fore :eã cõtendũt incultam eſſe:nec habitabilem:quo
rum opinionẽ preſens ad eas partes nauigatio refellit:aperitq; omnib⁹
haud dubie falſam fore:& ab omni uero extorrẽ : quoniã ultra æquato
rem nactus ſum ego cultiores regiones:eaſdemq; hĩtatoribus frequẽtio
res:q̃ alibi gẽtiũ uſq̃ cõperi:ſi aſiã :ſi europã:ſi affricãue ſpectaueris:ut
latius in ſequentibus liquebit:nã prætermiſſis obſcuris rebus. Illuſtres
ſolum denarrabimus quæ ſint ſcitu non indignæ.quaſue nos ipſi corã
adiuerimus:uel ex fidedignorum relatu acceperimus:de mundo igitur
huiuſmodi nuperrime inuento ſedulo : & citra mendacium complura
mox explicabimus.

Vltra eqno ctialẽ lineã cultiores re giones q̃ ali bi gentiũ in ueniuntur

## Cap.CXV.

### De ordine nauigationis & de ſeua tempeſtate.

Series naui gationis eo rũ : q nouũ orbẽ quæſi tũ profecti ſunt.

Magnæ ca- nariæ ĩ quo climatæ

Promonto- riũ ethiopũ ĩtra zonam torridam G.xiiii

Verſus po- lum antarti cũ cõtẽdũt

Q uotiens ꝑteſi ſint ui tam

Reboãte ce lo fulgetris coruſcabãt fore omnia.

Oelicibus igitᵉ(ut aiunt)auibus ab uliſbona.xiii.Maii.M.D.I.
ſoluimus iuſſu regis.tribus liburnicis expeditis:profecti ſumus
quæſitum nouum orbem:& uerſus auſtrum iter agentes uigiti
menſibus adnauigauim⁹:cuius q̃dem nauigationis ſeriẽ primo explica-
bimus:hunc igitur ordinem nauigando ſeruauimus.Nam per ĩſulas for
tunatas iter egimus:quæ nunc magnæ canariæ appellantur.hæ.n.ſunt
in climate tertio:in parte extrema habitati occidentis. Inde ſulcantes
oceanũ littora affrice nigritarũq;:gradu citato ꝑcurrimus:uſq; ad id ꝓ
montorium:qđ ptholomeus appellat ethiopum :nr̃i uero caput uiride
Ethiopes autem biſecherẽ:& acolæ mandangã:& ea regio eſt intra zo
nã exuſtã gradibus.xiiii.uerſus aquilonẽ : quã nigritæ incolunt. ibi re
ſumptis uiribus:& cõmunita oĩ genere annonæ claſſe:ſublatis ãchoris:
uentis uela dedimus.Iter nr̃um dirigentes uerſus polum antarticũ:non
nihil tamẽ ad occidentem declinãtes Euro flante:nec prius tellus con-
ſpecta:eſt q̃ iugi nauigatione æquora tribus menſibus :ac diebus toti
dem uaſtiſſima æquora ſulcauerimus:in qua nauigatione quæ diſcrimi
na ſubierimus:quæ uitæ pericula:quas animi anxietates : interturbatio
nes:naufragia:quotiẽſue uitã ꝑteſi ſimus nr̃am:id multarũ rerũ ſciis iu
dicandũ relĩquo:& eis ĩprimis q optime norũt q̃ ſit arduũ incomperta
quærere:& adire inacceſſa:q uero hæc neſciũt:rerum expertes:hui⁹ rei
iudices eſſe minime uolo:& ut paucis multa compræhendam:id ſciant
nos adnauigaſſe.lxyii. diebus quibus fortuna pertinax atrox ſæuie-
bat:nã quadragitaq̃ttuor dieb⁹ reboãte celo nihil niſi tonitrua:fulgura:

ac corruſcationes. Imbres grauiſſimos paſſi ſumus: adeoq; tenebricoſa nebula cœlum inumbrauerat: ut interdiu noctuq; non aliter uideremus: q̃ proſerpina exiſtente cum Plutone. i. cum minime luna pernox eſt: nox atris tenebris obfuſcatur: propterea adeo nos timor mortis inceſſerat: ut uitam prope deſpondiſſe uideremur. poſt hæc uero tam ſæua tamq; atrocia complacitum aliquando deo fuit uitæ compati noſtræ: (quæ ſua fuit clementia) mox tellus apparuit: qua uiſa animi qui ceciderant elanguerantq; condicto rediere ad ſe: ut uſu euenit ſuperantibus calamitates maximas: & præcipue ereptis de fortunæ reflantis faucib⁹. Igitur ſeptimo auguſti. M.D.I. in littore eius regionis iecimus anchoras: dantes deo maximo gratias. quas poteramus maximas: ritu ſolemni & chriſtiano more ſolemnia miſſarum celebrari iuſſimus: tellus reperta uiſa eſt non inſula: ſed continens: quandoquidem in uaſtum protendebatur: nec finis apparebat quiſpiam: cultaq; erat admodum: ac habitatore multiplici perq̃ freques. Inibiq; animalia fere omnegen⁹ ſilueſtria: quæ huic orbi noſtro ſunt prorſus incognita: nacti ſumus etiam ibi alia pleraq;: quorum de induſtria non meminimus: ne ſurgat opus in iliada magnam: id ſolum haud prætereundũ puto: ꝗ dei clementia adiuti opportune tellus uiſa eſt a nobis: nam diutius ferre nequibamus deficientibus commeatibus omnibus. lignis uidelicet: aqua: nautico pane: ſalitis carnibus: caſeo: uino: oleo: & quod plus eſt uigore animi. Igitur deo: quod uiuimus: referimus acceptum: cui honos eſt: & gloria: ac gratiarum actio.

Vbi ꝓſerpina ē cũ plutone: luna minime eſt pernox

Ai q lãguerãt: cõdicto ad ſe redieř

Tell⁹ repta frequẽti habitatore

Cõplura animalia huic orbi icõpta

Oportune nacti ſũt terram

Quod uiuunt: deo acceptum referunt

## Cap. CXVI.

### Quantum diſtet reperta tellus ab capite uiridi.

Conuenit igitur inter nos: ut ſecus littus huiuſmodi nauigaremus conſpectum eius haud quaq̃ deſerentes: nauigauimus itaq; tantiſper: donec deuenimus ad frontem quandam huiuſcæ continentis: quæ uergit ad meridiem: hæc frons ab eo loco ubi primo tellus conſpecta eſt: abeſt leucis fere. ccc. in hoc itinere ſæpenumero terram applicuimus: & cum indigenis commercia habuimus: prout latius in ſequentibus tibi compertum fiet: prætermiſi. n. caput uiride ab hoc reperto cõtinẽte: abeſſe leucis prope. Dcc. licet ego crediderim nauigauiſſe pluſq̃. M.ccc. & id effecit atrox tempeſtas: & naufragia frequẽtia: & naucleri inſcitia: q̃ omnia iter prolongant: eoq; loci deueneramus: ut ni Coſmographia nobis nota fuiſſet: incuria naucleri de nobis actũ erat:

Frons quæ uergit ad meridiem

Quæ iter prolongant

Ni coſmographiã nouiſſent actũ erat de eis

nam nullus erat itineris Dux: qui ad leucas quingentas noſcet ubi nam
gentium eſſemus: errabundi enim eramus: & uagi: neſcientes quo tende
remus: niſi aſtrolabio: & quadrante aſtrologicis inſtrumentis: adamuſim

*Pagina nauigationis*

*Rurſũ accẽdũtur ut nouum uiſant orbem*

*Hoīum genus pientiſſimum.*

mihi: & ſociis conſuluiſſem: comparauiq; mihi ob id nõ mediocrem glo
riam: adeo ut deinceps eius loci fuerim ſemper apud eos: cuius ſunt
apud probos uiri eruditiores: docui enim eos cartam nauigationis: effe
ciq; ut faterentur conſuetos naucleros nihil hactenus ſciuiſſe: ſi mihi
confererentur coſmographiæ expertes. Itaq; dicta frons reperti conti-
nentis: quæ uergit ad meridiem in ulteriorem ſpem nos induxit ſcru-
tandi uidelicet eius orbis peragrandiq; ad regulam: communi igitur ſen
tentia decretum eſt: ut regionem exploraremus etiam introrſus mo-
res & ritus gentis illius percunctaremur: adnauigauimus ergo ſecus lit-
tus leucis fere. Dc. ſubinde in terram deſcendentes: habito cum accolis
colloquio frequentiore: a quibus profecto honorifice: ac cordate exci-
piebamur: & eorum probitate: & natura innocentiſſima prouocati non
nunq̃. xv. uel. xx. diebus apud eos non inhonori uerſati ſumus: ſunt. n.
hoſpitales admodum: ſicuti latius infra patebit. Is igitur continens
auſpicatur ultra æquinoctialem Lineam gradibus octo uerſus polum
antarticum: & tãdiu ſecus hoc littus nauigauimus: donec ſuperato Tro

*Eleuatũ habent orizontẽ gradibus l.*

*Quãta cæli temperies*

pico hiemali prope polum antarticum gradibus. xvii. & medio: appli-
cuimus: ubi eleuatum orizontem habent gradibus. L. quæ uero ibi con
ſpicatus fuerim: mortalibus noſtri æui incomperta ſunt: gentem ui-
delicet: mores: humanitatem: ſoli feracitatem: aeris temperiem: ſa-
lubritatem cœli: corpora cœleſtia: & imprimis octauæ ſpheræ ſide-
ra fixa: quorum ſphera noſtra non meminit: nec hactenus cognita fue-
re ab priſcis etiam eruditioribus: ea mox ſedulo ſum denarraturus.

*Io. euãgeliſta ĩ ſua apocalipſi*

## Cap. CXVII.

### De moribus: & natura gentis illius.

*Cicuratum hominũ genus*

*Corpora habent habiliſſima.*

FRequentior eſt igitur hæc regio cunctis quas unq̃ uiderim re
gionibus: nam uidetur innumera: ut cõmeminit Diuus Ioannes
in ſua apocalipſi: id genus hominum cicuratum eſt admodũ: &
mãſuefactũ: nẽini noxiũ: nudi ꝑrſus ĩcedũt: uti eos parẽs natura pepe
rit: nudi naſcũt: nudi rurſus moriũt: corpora hñt habiliſſima: utpote
ſcã ad ſimetriã: ſimetrica dici iure poſſunt: colore ad rubedinẽ ĩclinãte

Id efficit candens ſidus quod non difficulter torret nudos homines : ca pillos habent nigros: ſed promiſſos: inceſſu : & ludis agiles ſunt : q̃ qui maxime: facie ſunt pq̃ liberali: ac uenuſta: niſi ipſi eam deformarent de honeſtamento fere incredibili: nam terebratam perforatamq̧ faciem cir cũferunt: uidelicet genas: maxillas: nares: labra: aures: neq̧ foramine me diocri aut uno: ſed magnis compluribuſq̧. Nam uidi quãdoq̧ quempiã ſeptem foramina in facie habentem : quæ ſingula capacia erant pruni unius damaſceni: dẽpta itaq̧ carne: hæc oplẽt lapillis qbuſdã ceruleis: marmoreis aut criſtalinis : uel ex alabaſtro pulcherrimis: aut ebore uel oſſib⁹ candidiſſimis: more ſuo: arte non inepta fabrefactis elaboratiſq̧ : quæ res adeo eſt inſolens & turpis: ut mõſtrum prima facie præſeferat: homo uidelicet q gemmatam faciem circumfert terebratus foramine multiplici: & ſi credere dignum eſt: lapides ſeptem in facie habens : qui ſinguli medii palmi magnitudinem ſuperant: nemo eſt profecto: qui nõ admiretur : cum præſertim animo attentiore apud ſe hæc tam prodi- gioſa expenderit: uera tamen ſunt: nam ego aliquando obſeruaui dictos ſeptem lapides pondo fere unziarum ſexdecim: inaures & ipſi ferunt præcioſiores : uidelicet annullos appenſos : aut baccas penſiles : mo- re Aegiptiorum : Indorumq̧ : hunc morem uiri tantum ſeruant : at mulieres ſolum ferunt inaures : habent etiam fœmine & alium morem atrocem: & totius humanioris uitæ expertem: quoniam igitur mulieres huiuſmodi in uenerem pronæ ſunt admodum: & ſalaces: id facinus pa- trant: ut turpiori earum uoluptati faciant ſatis: nam uiris in potu dant herbæ cuiuſdam ſucũ quo epoto : inguina mox tument : & creſcunt non mediocriter : & ubi id non profecerit : uenenata quædam ad- mouent: quæ mordicus inguen lãcinent tantiſper: donec tumeſcat: fitq̧ propterea ut apud eos compluſculi teſtes amittant: & eunuchi reddan tur: lanam non habent nec linum: ideo omniſariam panno carent : nec Goſipinis ueſtibus ideſt bombicinis utuntur : nullius enim egent ami- ctus: qui nudi uſquequaq̧ incedunt. apud eos nulla ſunt peculia : com- munia ſunt omnia. Regem non habent: nec imperium. unuſquiſq̧ ſibi ipſi Rex eſt: tot ducunt uxores: quot libuerit : in promiſcuum coeunt: nulla ſanguinis ratiõe habita: cum mr̃e filius: & frater cum ſorore coeũt: libidinem paſſim exercent : inſtar brutorum animalium : nam ubi- q̧: & cum quauis muliere : etiam ſibi forte obuia : rem peragunt ue- neream : dirimunt etiam pro arbitratu coniugia : quoniam exleges

Candens ſi- dus
Facie ſunt pq̃ liberali niſi d̃forma rent eam de honeſtamẽ to icredibili
Terebrant corporis p̃ tes multifa- riam
Res porten tuoſa
Lapides põ do unciarũ. xvi.
Inaures fe- rũt fœmine
In uenerem ſalaces
Quib⁹ irri tamẽtis pro uocãt ad fre quẽtiorẽ ue nerẽ uiros fœminæ
Cõia ſunt il lis omnia
Impia non norunt
In ꝓmiſcu um coeũt
Exleges ſũt & ab iure ex torres

Perniciosa uiuendi libertas

Quos uicerint hoſtes i cibatu habent gratiſſimos

Pater epulatur filios. & uice uerſa nati ueſcuntur parentibus

Humanæ carnes ſalitæ cōtignationibꝰ penſiles

Hoſtiū carnes appetentiā cibi faciunt

Diloricati præliantur

Obeſe quidem ſūt. ſed nō đformes

Fœtæ non ſunt in aſpectu corꝑis uirginibꝰ abſimiles

ſunt:& ab iure ſunt extorres:templa nō habent nec legem:minuſq; ido
la colūt:qd plura ? ꝑnitioſam habent quādā uiuendi libertatem : quæ
Epicuris potiuſq̄ ſtoicis quadrat.commercia non exercent :pecuniam
neſciūt.Inuicem tamen diſidēt: prælianturq; atrociter:ſed ordīe nullo :
iuuenes ſenes cōciōe flectūt:trahuntq; ī eoꝝ ſnīam:& quocūq; libuerit:
accēdūtq; ad bella:qbꝰ hoſtes cōficiūt:quos ſubegerint ꝓfligauerintue
hoſtes ī cibatu hn̄t gratiſſimos:carne ueſcunt̄ humana :adeo ut pr̄ fi
lios epulet̄:& uiciſſim nati parētē:ꝓut ſors tulerit & euētus. uidi ego
quēdā ꝑditiſſimū hoīem:q ꝓ gloria nō mediocri iactabat ſe eſitauiſſe
ſupra.ccc.uiros:uiſi ēt urbē quādā:ubi īmoratꝰ ſum diebꝰ fere.xxvii.&
ibi cōtignatiōibꝰ humanas carnes eaſdēq; ſalitas pēſiles uidi.uti nos car
nes aprugnas:ſole uel fumo ſicatas appēdimꝰ in culina trabibꝰ:& impri
mis iſcitia:& id genꝰ alia:īmo mirabant̄ plurimū:ꝙ nos nō ueſceremur
hoſtibus:quoꝝ carnes aiūt appetētiā cibi facere:& miri ſaporis eē:eaſq;
extollūt tanq̄ dapes ganeatas opiparaſq;:arma hn̄t nulla ꝑter ſagittas
& arcū :his atrociſſime diloricati præliant̄:qppe q nudi cōgrediuntur:
cōſauciātur q; nō aliter q̄ fera aīalia:hos nixi ſumus pluries uelle trahere
ī nr̄am ſnīam:ꝑſuadebamuſq; idētidē ut tādem aliqn̄ ab his improbatis
moribꝰ(ueluti ab re abhominānda)tēparēt:q nobis ſæpenūero polliciti
ſunt ſe tēperaturos ab hac ſæuitia . mulieres uero(ut præſeci) licet nu
dæ īcedāt uagæ:& ſalaces ī uenerē:nō ſunt tamē deformes: q̄ habiliſſi
ma corpora hn̄t:nec qdē exuſta ut ſorte ſibi cōplures ꝑſuadere qrēt:
& licet obeſe:& præpingues:nō tamē ob id deformant̄.& ꝙ miratu nō
ē īdignū nullas(uel puerꝑas)uidi q̄ demiſſas hn̄t māmas:nā licet pe
pererint:fœte nō ſunt ī aſpectu corporis uirginibus abſimiles:nō cape
ratā cōtractāq; ī uētre uidebis cutē:& ea q honeſtæ noīari nō poſſunt:
ꝓrſus ab uirgīe nō abſūt:ubi chriſtiāoꝝ copiā hēbāt.miꝝ ē dictu:q̄ tur
piter ſua corpora ꝓſtituerēt:libidinoſiores ſupra oēm credulitatē.annis
uiuūt cētū:& qnquagīta:raro ægrotant:q ſi forte ī morbos inciderint:
ſibi herbaꝝ ſuco medent̄ ꝓtīnus:hæc ſunt quæ apud eos cōperi nō ob
ſcura:uidelicet aeris tēperiē:cœli clementiā:ſolū ferax:longā ætatē.Id
forte efficit Eurꝰ:q iſtic iugiter ꝑflat:qq; eius loci apud eos ē : cuiꝰ aq
lo apud nos.piſcatu gaudēt:eoq; uictitāt plurimū :adiuuāte hoc uotū
natura:nā æquora inibi ſcatēt piſciū oī gener̄.uenatu parū oblectāt̄ :
qđ efficit feraꝝ īgēs multitudo:pauēt eni ob nō cicurata aīalia ſiluas fre
quentare.uiſunt̄ ēt ibi leones oīfariam:urſi:& id genus alia.arbores ibi

creſcunt ĩ tantã altitudinẽ:ut uix credas:tẽperãt igĩ ab ſiluis:utpote q nudi:& diloricati inermeſq;:tuto feris haud congrederentur.

Cap.CXVIII.

De ſoli feracitatæ:& cœli temperie.

REgio ẽ aprica ferax:& eximie amœna:& licet ſit cliuoſa: irrigua tamẽ ẽ fontib⁹:ac fluuiis ĩnũeris:ſiluaſq; hẽt adeo cõdenſas:ut uix trãſitũ præbeãt:obſtãte arborꝝ frequẽtia: his inerrãt aĩalia multiiuga:eadẽq; ſæuiſſima:arbores :& fructus abſq; cultore ſuapte natura creſcũt:fructus hẽnt uberrimos : eoſdem ſuauiſſimos:nec mortalibus noxios:noſtris prorſus abſimiles:gignit etiamnum terra ĩnumeras herbas:& radices:qb⁹ panẽ cõficiũt:& alia pulmenta:ſemina ſunt cõplura:ueꝝ nr̃is minime ſimilia.Regio nullũ fert metallum:præter aurum:auri igĩ ibi ĩgẽs ẽ copia:licet nihil nobiſcum attulerim⁹ ĩde.hoc prĩo itiner̃:nã de hac re certiores nos fecerũt ĩdigenæ oẽs:q plagã hãc auro ſcatere adfirmabãt:idq; apud eos minime ĩ precio eſſe:& fere nullius momẽti.Identidẽ prædicabãt:baccas:margaritaſq; cõplures hẽnt. ut ĩ ſuperioribus cõmeminim⁹:quoꝝ oĩum ſi uellem ſingillatim meminiſſe ob innumerã multitudinẽ multiiugamq; naturam:ſurgeret ĩ opus magnũ hæc hiſtoria.Nã plinus uir abſolutiſſimus:q tantaꝝ reꝝ texuit hiſtoriã:nõ tamen hoꝝ milleſimã p̃tem cõſecut⁹ eſt:quæ ſi ſingula pc̃e fuiſſet lõge aliud opus effeciſſet:ſi ad magnitudinem ſpectes:alioqn abſolutiſſimum:& id ĩprimis admirationem p̃bet nõ mediocrem pſitacoꝝ multiiuga natura:coloſq; multiplex:& uarius:adeo ut Policletus uir ĩ pictura tãt⁹ has auitioꝝ uarietates uix cõſeq potuiſſet:arbores omnes inenarrabilem ſuauitatem fragrãt:gummas:liquores:& ſucos emittunt paſſim:quaꝝ uirtus ſi nobis cõperta foret:puto nihil nobis nõ ſolum ad uoluptatẽ:ſed ẽt ad ſoſpitatẽ:bonãq; ualitudinẽ defuturꝝ:& ſi q ẽ ĩ orbe paradiſus terreſtris nõ lõge ab his regiõib⁹ haud dubie eẽ dẽt.Itaq; ut ſũm p̃fatus regio uergit ad meridiem tãta cœli tempie:ut nec hieme algeãt: nec eſtate exæſtuent.

Cap.CXVIIII.

De ſideribus poli antartici

COelũ inibi:& aera praro nubes inũbrãt: fere ſemp ſerẽa ſunt: rorat quãdoq; ſed lẽiter:uapores ſunt p̃pẽ nulli:nec diuti⁹ rorat:q̃ tres uel q̃ttuor horis:& iſtar nebulæ mox fatiſcit :cœlũ decẽtiſſime exornat̃ ſiderib⁹ qbuſdã:q ſũt nobis ĩcõpta:quoꝝ ego cõſignatiſſime mẽini:& pcẽſui fere.xx.tãtæ claritudinis:ut apud nos uen⁹: & iupiter:p̃pendi ẽtnũ eoꝝ circuitus:& uarios mot⁹:metituſq; circum-

Procere arbores:
Aprica loca ac feracia irriguaq; licet cliuoſa
Nullũ fert metallũ preter aurum
Aurum hic non ẽ ĩ præcio
Plinius uir abſolutiſſimus oĩum haud meminit
Pſitacorum multiplex natura:
Policlet⁹ in pictura tãt⁹
Si terreſtris paradiſus ẽ in rerum natura . hic p̃fecto foret:
Ingens cœli temperies
Cælum rarẽter nubes inumbrant
Rorat quandoq; ſed leniter
Clariſſima ibi aſtra

Polus antarticus urſam maiorẽ nec minorẽ hẽt

ferẽtiã:ac diametrũ nõ difficulter:cũ geometriã nõ ignorarẽ:ppea pro cõperto hũi maioris eẽ magnitudinis:q̃ autumẽt mortales:& iprimis canopos tres cõſpicatus ſum:duos claros admodũ:tertiũ obſcũrũ & diſſimilẽ aliis:polus antarticus urſam maiorẽ nec minorẽ hẽt:ſicuti eſt uidere ĩ nr̃o artico polo:nec eũ cõtigũt ſidera q̃piã clara:q̃ uero ipſum ambiũt:tria ſunt quæ figurã præſeferũt triãguli orthogoni:quorũ id medio loco uiſit̃ nouẽ gradus & medium circũferentiæ habet: & ubi hæc exoriuntur a leua cõſpicitur canopus albicans eximie magnitudinis q̃ ubi in medium celi deuenerit:infraſcriptam preſentat figuram.

Canopus ſidus.



Tria alia ſidera

His ſuccedũt tria alia præclara ſidera:quoꝝ mediũ hẽt diametrũ circũſerẽtiæ duodeci graduũ cũ dimidio:& ĩ medio eoꝝ alter canopus cernit̃ albus:hunc ſequunt̃ ſex alia cõſpicua ſidera:quæ claritate cunctis octauæ ſpheræ ſideribus præſtãt:quoꝝ mediũ in ſupficie firmamẽti diametrũ circũferentiæ habet graduũ.xxxii. hæc aſtra concomitat̃ canopus igẽs ſed niger:quæ oĩa cernũtur in uia lactea : & ubi ad lineã peruenerint meridionalem infraſcriptã referunt figurã.

Via lactea

Canopus ſidus.



Cap.CXX.

De nonnullis illius hemiſpherii:quæ philoſophis repugnant.

Llic itaq̨ conſpicatus ſum complura alia ſidera: quoꝝ motus multiplices adamuſim obſeruans:librum edidi quendam con ſignatiſſime in quo commemini fere omniũ:quæ in hac mea nauigatione nõ obſcura dignoſcere quiui:& is apud hunc inuictiſſimũ regẽ adhuc hoſpitatur:quẽ ſpero ꝑpediẽ ad ſuum dominum redituꝝ: in eo itaq̨ hemiſpherio:nõ indiligẽter quædã perpẽdi:quæ philoſopho rum ſniæ refragantur: utpote cõtraria:ac oĩo pugnantia:ĩter cætera: irim.i.arcum cœleſtem:album circiter noctem mediã:quoniam ſecũdũ opinionem quorundã:colores trahit.a quattuor elementis ab igne.ui delicet rubeum:ab terra praſinum:ab aere lacteum:ab aqua ceruleum: ſed lõge aliter ſenſit ariſtotiles in meteoris:dicitq̨ irim eſſe repcuſſionẽ radii redundantis ad uaporem.ſibi appoſitæ nubis:ſicut ſplẽdor ĩ aqua refulgẽs.In pariete refulget:rediens ad ipſum:ſua interpoſitione feruo rẽ ſolis tẽperat:reſolutione in pluuias:inferiora fecũdat: ſpecie ſua ſupe riora pulchra reddit:dominiũ humiditatis in aere eſſe oſtendit:unde in fra quadragita annos a mũdi fine nõ apparebit:qđ elementorũ deſicca tiõem ĩdicabit:pacẽ inter deũ & homines denũciat:ſemp ex oppoſito ſo lis eſt.Nunq̃ apparet in meridie: qa ſol nũq̃ eſt in ſeptentrione.Plinius tamẽ ait ꝙ poſt autumni æqnoctiũ apparet quacũq̨ hora:hæc excerpta ſunt ab landino ex æneidos quarto ab interpræte:ut nemo ſuis fraudetᷓ laborib⁹:ſed ſu⁹ cuiq̨ reddatᷓ honos:eũ uidi rurſus & iteꝝ:neq̨ ego un⁹ arcũ hmõi aĩaduerti:uerum compluſculi e nautis huic ſententiæ ſuffra gantur meæ:rurſus uidimus neomeniam .i. nouam lunam eadem die: qua cum ſole coniungitur.Ibi etiam ſingulis noctibus uidebis uapores: & faces ardentiſſimas cœlo inerrare:præfeci paulo ſupra ſi tibi ſuccur rit:id hemiſpherium:quod niſi loquamur ĩproprie: hemiſpherium dici non poſſe:ſi noſtro collatum fuerit:tamen nõnihil formam eius effinge re uidetur:uiſum eſt improprie loquendo hemiſpherium id appellare.

Liber de ſiderũ cogni tu

De iri albo: & de eo cõplura

Neomenia eadẽ die qua phebo con iungitur.

Hemiſphe rium impro prium

Diſtat uliſ bona ab æq noctiali uer ſus ſeptẽtrio nẽ.g.xl.

Suparũt æq torẽ ad gra dus .l.

Cap.CXXI.

De forma quartæ partis terræ nuperrime inuentæ.

Gitᷓ ut ſum ꝑfatus ex uliſbona unde nos ſoluimus:quæ diſtat ab æqnoctiali uerſus ſeptẽtrionẽ gradib⁹ fere.xl. nauigauim⁹ uſq̨ ad eã regionẽ:q̃ eſt ultra æqnoctialẽ gradib⁹ qnquagita

quos ſi ſimul collegeris nonagenarium efficiẽt numerũ: qui quidem nu merus quartam partem obtinet maximi circuli: iuxta uerã priſcorũ ſup putationẽ traditã nobis: liquet igitur oĩbus nos quartam orbis partem metitos fuiſſe. propterea nos qui ulíſ bonã incolimus: citra æquatorem gradibus prope. xl. in regione ſeptentrionali diſtamus ab eis qui ultra æquinoctialẽ lineã degunt in meridionali longitudine angulariter gra dibus nonaginta. i. ab linea tranſuerſali: & ut etiã compertius rem intelli gas linea ꝑpendicularis: quæ dum nos recto gradu conſiſtimus: ſurgit ab puncto cœli: & tendit ad noſtrum Zenith: eademq; linea eorum: qui ultra æquatorem ſunt ad gradus quinquaginta: latera percutit: fitq; propterea: ut nos in linea recta ſimus: ipſi uero ſint (ſi nobis cõferant) in tranſuerſali: & is ſitus efficit figuram trianguli orthogoni quarum li nea℞ rectam nos tenemus: prout latius declarat ſubſequens figura. & de coſmographia: ſatis ſuperq; dictum arbitror.

Metiti ſunt qrtã orbis partem

Linea tranſ uerſalis

Linea ꝑpen dicularis

Figura triã guli ortogo ni




Cap. CXXII.

Cur liber dictus ſit dies tertius:

HAec ſunt itaq;: quæ in hac ultima nauigatione ſcitu digna cẽ ſui: quæ etiã oculis ſubieci: nec abre opus nuncupaui diem ter tium: quandoquidem prius edidi libros alios duos eius nauiga tionis: quam ex præcepto regis perfeci occidentem uerſus inq; eis com plura ſcitu non indigna conſignantiſſime ſunt exarata: & ea imprimis: quæ ſpectant ad gloriam noſtri ſeruatoris: qui hanc orbis machinam mi ro extruxit artificio: quis. n. ſatis ꝓ meritis digne deum laudare poſſit: cuius mirabilia commemoraui in opere prædicto: legens curſim quæ

Dies tertius

Libri alii tres

Ingens glo ria nr̃i ſerua toris

ſpectant ad ſitum:& cultum orbis:ut dum laxius ociũ dabitur:exactius de geographia opus quodpiã edã:ut mei(uel poſteri) meminerint:& ex hoc ope diſcerent uberius deũ maximũ colere indies magis:eaq̃ aliquando ſcirent:quæ noſtri ueteres priſciq̃ patres prorſus neſciuerũt: ꝓpea ſeruatorem noſtrũ(cui ꝓpriũ eſt miſereri mortalitatis)omnibus uotis præcor ſupplicibus:ut ſinat me tantiſper uiuere:donec id peregerim:quod mente concepi:at alios duos dies in aliud tempus differẽdos reor:cum præſertim rediero ſoſpes in patriã:eruditiorum opera:& cõſilio:necnon amicorum hortatu luculentius opus edam. Pollicet̃ ſe exactius tractaturũ de coſmographia Seruatoris proprium

## Cap.CXXIII.

### De excuſatione Alberici:& uoto eius.

QAbis ueniã uir candidiſſime ſi ultimæ nauigationis diaria ad te nondũ miſi:ſicuti pollicitus fueram:in cauſa fuit rex ſereniſſimus:qui adhuc domi meos libellos detinet:uer̃ poſtq̃ diſtuli in hunc diem edere id opus:forte fortuna addã:& quartũ diem: hæſit cordi mihi rurſum peragrare eam orbis partẽ:quæ ſpectat meridiem:& huic operi iam Nauãdo in expedito ſunt liburnicæ duæ armamentis ac cõmeatibus ubertim cõmunitæ:dum igit̃ proficiſcar in oriẽtem iter agens per meridiem:notho uehar uento:quo cũ deuenero plura abſime fient in decus & gloriã dei:necnõ patriæ emolumẽtũ:& mei nois æternitatẽ:& imprimis ĩ ſenectutis meæ(quæ iã ꝓpe appetit)honorẽ:& leuamen:quare nihil deſideramus in hac re præter cõmeatũ regis:quo ĩpetrato:pleno gradu contendam:quod deus bene uertat. Quartum diẽ ſpondet Vbi ſoſpes redierit plura pollicet̃.

## Cap.CXXIIII.

### De his qui plura querũt:q̃ liceat.

EIdus interpres preſens opus e Luſitão italicũ fecit ut ſcirent q̃ latium accolunt q̃ magna indies occurrunt:& item qui ſibi nimium arrogant:intelligerent omnia ſe ſcire non poſſe:quando quidem hæc mira tot uiris accerrimis ingenio hucuſq̃ ab condito orbe incõperta fuere:hinc arguit̃ temeritatis & ſupbiæ noſtra arrogans natura:quæ ſcire poſſe putat omnia. Auctoris intentio Inſimulat naturam humanã ſuperbie

## Cap.CXXV.

Liber ſextus rerum memorabilium calechut:quæ non ſunt abſimiles illis:q̃s Petr' aliares ſecũdo & altero tractatu ſcripſit:quæ rurſum colliqueſcunt ex litteris quorundam nobilium uirorum:ut latius in ſequentibus patebit. Liber ſext'

Exemplum litterarum cuiuſdam cretici dominorũ uene
torum legati apud regem Luſitanorum die . xxyii. Iunii.
M.D.I.

SEreniſſime princeps &c.reor.V.D.certiorem iam factã fuiſ
ſe ab præſtãtiſſimo legato reꝶ omniũ memorabiliũ : quæ hic
uſu euenerũt:& imprimis de claſſe:quã nuprime rex luſitaniæ
inuictiſſimus in indiam expediuit:que ſuperis miſerantibus rediit : ſed
mulctata ratibus ſeptem:nam eo conceſſerant liburnicæ.xiiii.& ſeptẽ
tantum incolumes rediere:reliquis peſundatis : igiť egregie princeps
per latus mauritaniæ : ac getuliæ notho ducti deuentum ẽ ad caput ui
ride:dictum olim experias:ubi uiſuntur heſperidũ inſulæ:& ibi auſpi-
cať Ethiopia inferior uerſus orientẽ:ultra quam priſci minime iuere :
hinc egrediť latus Ethiopiæ uerſus orientem donec reſpondeat linee ci
ciliæ ab dicto latere intra lineam æquatoris ad quinq̧ uel ſex gradus:&
circiter medium dicti lateris uiſitur aurifodina huius regis : poſtq̧ eã
ſurgit caput adauſtrũ excedens hiemalem tropicũ per gradus.ix.Iſtud
caput dicitur bone ſpei:& illinc itur ĩ noſtras barbarias ĩtrorſus ad.M.
fere quinq̧ milia uerſus plagam noſtram:cum uero præterieris dictum
caput mox regio ſe ſinuat donec ad praſum deuenias promontoriũ: qđ
antiqui : & imprimis ptholomeus: pro termino meridionalis regionis
poſuit:ulteriorem uero plagam appellauit incognitam.inde itur ad tro
gloditas:ubi aurifodina uiſitur:quam appellant Zaphallam :ubi maio
res noſtri adfirmant uim auri ingentiſſimam eſſe:q̃ alibi gentium: hic
intrant ſinum barbaricum:& inde in oceanum deuenitur indicum : &
demum ad urbem calechut.id eſt eorum iter:quod ſi recte ſupputaue-
ris.M.prope quindecim milia uaſtitate ſua occupat : ubi ſecus littora
itur:ſi uero deſertis littoribus recto itinere ibis :receſſus terrarum : &
anfractus montiũ prætermittens:ſed in altũ tendens: uſquequaq̧:lõge
minus iter erit:q̃ prædiximus:ſupra caput bone ſpei lebegio uecti uen
to:nacti ſunt nouam tellurem:quam appellarunt pſitacorum:quoniam
inibi inueniuntur alites huiuſmodi incredibilis proceritatis:utpote qui
brachium & dimidium longitudine excedunt :multiiugi coloris : duos
nos uidimus:qui fidem rei prebent . Nautæ itaq̧ ubi conſpexere latam
plagam:credidere continentẽ. propterea adnauigarunt tantiſper:donec
terræ ſpacium duum milium miliarium ſuperarunt:nec tamen finis eſt

E.xiiii.liburnicis .vii.tã
tum rediere

Vbi expidũ
iſule

Vbi auſpica
tur inferior
ethiopia

Caput bõe
ſpei quan-
tũ diſtet ab
barbaria tu-
neti

Praſũ ꝓmõ
toriũ non ꝑ
tergreſſus ẽ
ptolomeus

Zaphala au
rifodina om
niũ feraciſſi
ma

Iter qndeci
mile milia-
rium

Noua tellus
pſitacorum

Ingẽs plaga

repertus tante uaſtitatis : plagam incolunt uiri nudi:& proceri formo-
ſiq́ admodum: in eo itinere amiſere naues quattuor :duas ipſi miſſerant
ad aurifodinam:quas autumant non reuerſuras:ſeptem uero conceſſere
calichut:ubi honorifice nr̄i pro congreſſu ſunt excepti:ædeſq́ ab prin
cipe conſequuti ſunt : & ibi noſtræ naues ſtatiuam fecerunt:obiter ſu-
peruenerūt maurourm:& circūadiacētium populorum rates :& cōpri-
mis magni ſoldani liburnicæ:& hi omnes conſpirarunt in chriſtianos:
quippe qui egreferebant chriſtianum genus uſq́ in illas partes propa-
gari:Iactabantq́ eo noſtros contendiſſe : ut illis lucra adimerent ſua :
propterea primo loco naues onerare cōtendebāt nr̄o negociatore relu
ctante:qui mox regi de maurorum inſolentia queſtus eſt : quem illico
depræhēdit mauris fauere:tamē ut erat uir ambiguæ fidei noſtris reſpō
dit in hunc modum:ſe animo haud æquo laturum ut mauri prius mer
cimonia liceantur:q̄ chriſtiani ſua commercia abſoluerint : & in huius
rei ſpecimen iubebat:ut mauris qui huius decreti præuaricatores com
perti forent mercimonia omnia impune adimerentur:eaq́ occupanti-
bus adiudicabat:congreſſi igitur chriſtiani cum mauris illico tota urbs
in partes maurorum declinauit:quare chriſtiani generis ſtrages magna
effecta eſt. In qua ſupra.xl.homines deſiderati ſunt chriſtiani nominis:
inter quos oppetiit negotiorum noſtrorum geſtor:qui licet undabūdo
mari ſeſe crediſſet:correptus eſt tamen ab barbaris :& uitam eflauit:
mœrore omnium:hæc igitur ut noſtris nota fuere condicto tormenta
omne genus exonerant:& claſſem præfecti ſiriæ .i.ſoldani rogo con-
ſumpſerunt:nam in ea erant naues decem:catapultis uero:& bombar-
dis urbem prope deuaſtarunt:complures domos incendentes : quæ ꝑ
imbrice( inſtar mapaliū) paleas habebant:quāobrem illinc abiuere: &
duce iudeo:qui fidem chriſti induerat:aliud regnum petiere ultra cale
chut ad.M.fere quadraginta cuchinū appellāt:eius rex odit regem ca-
lechut:q̄ qui maxime. Is igitur in odium regis calechut noſtros perbe
nigne excepit:& hic maiorē habet aromatum copiam:q̄ rex calechut:
quare nr̄i tot diuitias ide aſportarunt:ut uix id audeam referre. Nam
ipſi aiunt emiſſe illic cantarū(id eſt genus menſuræ non mediocris)
cinamomi aureo uno Rex igitur huius regiōis legatos miſit ad regem
luſitanum duoſq́ obſides : ut ſecurius eo noſtri redirent:at rex cale-
chut interea ingentiſſimam claſſem expediuit in noſtros :qui quoniam

De progreſſu portugallenſium

Ibi ſtatiuam naues fecerunt

Barbari in chriſtianos conſpirant unanimiter

Rex calechut ambigue fidei

Aſtus regis:

Cōgrediūt mauris chriſtiani

Chriſtiani ſtragē paſſi ſunt

Claſſis ſoldani cōburitur

Catapultis urbē demoliuntur

Regnū cuchini

Id regnum ſcatet aromatibus

Rex calechut obiter nectit īſidias noſtris

Pertimeſcē da claſſis

Inſula ubi diui thomæ contuberna lis xpi cor- pus qeſcit:

Hic rex quā to amore no ſtros ꝓſeqt

onuſtas habebant naues: illis cōgredi haud quaq̄ uoluere: ſed altum pe tentes borea ducti (quem uentum ipſi ignorant) euaſerūt: erat. n. perti meſcenda claſſis quippe quæ ſupra centum: & quinquaginta naues ha bebat: ferebatq; hominum quindecim mille. Igitur cum euaſiſſent di- ſcrimen: deuenerunt ad quandam inſulam: ubi diui thomæ corpus quie ſcit. huius inſulæ dominus chriſtianos honorificentiſſime excepit: & ſancti corporis reliquias in ſpecimē amiciciæ noſtris dedit: quid plura? aromata omne genus noſtris (quos nuſq̄ uiderat) abſq; pecūia obtulit: ſoluerent demum cum ſibi peropportunum fuiſſet: & rediiſſent fœlici bus (ut aiunt) auibus. uerum noſtri illius commercii non egebant: ut pote qui onuſti erant admodum: abſuerunt in hoc itinere menſes. xiiii. uerum trimeſtri rediere: & addebant deinceps celerius iter perficere poſ ſe: ut pote qui iam receſſus: & ambages maris nouerant: ut puta in de cem menſibus iter ſe facturos rentur: Naues rediere omnes: preter unā

Naues oēs. præter unā rediere

quæ illiſa ſcopulis quibuſdam peſſum iuit: ſaluis tamen uiris: quos ue- hebat: & ea capax erat ſexcentorum doliorum: nondum tamē applicuit claſſis: una tantum liburnica portum appulit: reliquæ uero non longe ab urbe eſſe cenſentur. hæc. n. quæ nuperrime aduenit portum attigit

Rex legatū alloquitur

ea die: quæ eſt diuo ioanni percelebris admodum: agebam enim per id tempus apud sereniſſimum regem: qui me compellās his uerbis inqt: heus uir probe congratulare mihi: quoniam mea claſſis iam eſt in uado omni aromatum genere onuſta: quod ego audiens: ut par erat: hæc no

Dies agunt lætos & hi- lares

ua læto animo excepi: & in gratiam regis iuſſi meis: ut feſtiuiſſimum: q̄ poſſent diem agerent: æris: tinnitu: & cimbalorum: tibicinumq; (ut aſſolet) modulationibus: & tormentorum reboatu frequentiore: poſtri die actæ ſunt gratiæ deo: & nuncupata uota ab cuncto populo: rurſus

Venetis plu ra pollicitus eſt rex luſita niæ: mō n̄ tē parēt a mer cibus

regem adiui: qui ut me uidit: monuit protinus ut ueſtram ſerenitatem commonefacerem de ſua lætitia: quæ per id tempus obtigerat: adiecitq; ad hæc ut deinceps tuto & intrepide eo mitteretis ueſtras liburnicas mercaturi ſua aromata: nam pollicebatur ſe ueſtros perq̄ benigne exce pturum: adeo ut domi eſſe cenſerentur: addebat etiam ſe nauaturum operam: ut præfect⁹ ſyriæ. i. ſoldanus haud quaq̄ aromata ex india com portare queat: in cuius rei euidens argumentum expedire cepit liburni cas: & celoces ſupra quadraginta quæ eo contendant: & earum quæ- dam inibi iugiter commorentur: aliæ uero ultro citroq; cōmercii gratia

cōmeent aſſidue:nec dubitat quin india pro arbitratu ſuo potiri poſſit: nauis quæ iam aduenit:ē Bartholomei cuiuſdam tuſci:quem tulit urbs florentia:ea igitur infraſcripta conuexit mercimonia:uidelicet piperis cantaros.ccc.cinamomi can.c.xx.lache can.lx.caſtorei & id genus odorum can.xv.Gariophilum:& zinziber non attulere:quoniam præuenti ſunt a mauris:qui:& gariophilum:& zinziber aſportauerant:neq̧ hæc fert regio calechut:aliunde importantur:minutiora aromata non tulere:at Margaritas & uniones omne genus licitati quidem fuerant:uerū in congreſſu incolarum calechut omnia perdidere : fecereq̧ hominum pariter ac mercium non modicam iacturam :nec id inuoluam ſilentio: nuperrime huc aduenisse legatos quoſdam:qui ab rege ubene ethiope. accepta perſona:conſalutatum noſtrum regem uenere: onuſti muneribus compluſculis:munera fuere mancipia:& Elephantorum dentes:& complura alia : quæ & noſtra regio fert : hæc itaq̧ celox quæ primo loco aduēit:dum patriam peteret:obuiam habuit naues duas:quæ proficiſcebantur ex mina auri noua:& uerſus indiam pergebant: hæ igitur ubi noſtram conſpicate ſunt:rati ſe fore noſtrorum prædam: condicto (ut ſe ſe redimerēt)nr̄is auri.xv.M.q̄ngentoꝝ ducatoꝝ obtulerūt:uerū nr̄i tēperarunt ab eorū auro.Immo eos cōpluſculis donarunt muneribꝰ:ut hac ꝓuocati liberalitate:libeꝝ pelagus nr̄is deiceps ꝑmitterēt.

Temerē credit india potiri poſſe

Nauis bartholomei

Et hominū & mercium iacturam fecerunt non mediocrem

Legati regis ubene

Incidunt in naues duas auro onuſtas

Cap.CXXVI.

Exemplum quarundam litterarum negociatorum :& collibiſtarum:ac trapezitarum hiſpaniæ:ad correſpondales ſuos in urbe Florentiæ:& uenetiarum:de pace:& fœdere inter reges Portugalliæ:& calechut.

EX relatu eoꝝ q̄ claſſē cōcomitati ſūt (eā inq̄ quæ. M.D.II. menſe maii ab uliſbona ſoluit:& anno.M.D.III.die.xv. Decembris rediit)certiores facti ſumus regem calechut cum noſtro rege in hæc fœdera pacis deſcendiſſe:ut uidelicet pro illata ſtrage noſtris penderet bacharas quattuor mille piperis.i.cantara.xii.milia:& ꝙ mauri undequaq̧ aduenientes inibi commercia tractare nequeant : (oriundis ex urbe calechut exceptis)quodq̧ iidem mechā maumethis adire non poſſint:& ꝙ rex noſter pro ſuo arbitratu erigere poſſit arcē in urbe calechut:acceptis ab rege lapidibus:calce :& lignis:quæ ſufficiant condendæ arci:ære pro eis prius ſoluto.Ita tamen ut rex eis faueat in cunctis : patiaturq̧ regem noſtrum inibi uirum luſitanum noſtris

Pacis conditiōes iter reges

præficere: qui ius dicat: quiq3: & uitæ: & necis noſtroꝝ habeat poteſta
tem: adeo ut nec ad ipſum regem prouocare liceat: & ubi aliqui deſci-
rent ab negociatore noſtro: ii protinus dedantur plectendi pro arbi-
trio præfecti chriſtianorum: & ſi qui mauri capti detineãtur: hi omnes
negociatori noſtro reddantur: necnon mediolanenſes duo mangones
gemmarum: qui ex urbe roma profecti ſunt in indiam: & ibi artem bali
ſtariam exercent in chriſtiani nominis dedecus: & detrimentum ingẽs:
Naueſq3 noſtro more fabricantur: hos igitur ĩ pedicis ferreis captos po
ſtulabat dandos præfecto claſſis. præterea ꝙ rex regni cuchini: & cano
re inter confœderatos percenſerentur: ea lege ut unum: & comune peri
culum una ſalus eſſet omnibus: perinde ut ſi quiſpiam ſumeret contra
eorum aliquem arma: is omnium confœderatorum hoſtis declararetur:
& ſi uſu eueniſſet: ut aliquis deſciret ab hac pace & concordia: in eum
ueluti perfidum aliorum uires exercerentur: eſſetq3 ab omnibus tanq̃
proditor: & fidei hoſtis exploſus: & hæc omnia eo tendebant ut diuti⁹
pax inter eos uigeret: cauebatur etiam ut dum claſſis luſitanorum inibi
agebat: illo naues cuiuſuis generis non accederẽt: niſi prius noſtris onu
ſtis: ubi uero tantum mercium foret: quod ſufficeret omnibus: tunc li-
berum erat unicuiq3 naues onerare: ita tamen: ut ad conſueta præcia nõ
adderent. i. ut pluris ſolito non uendant: q̃ pro centum octo: quod ge-
nus fenoris illic exercent: hæ ſunt pacis conditiones: & fœdera: quæ in
noſtri regis decus maximum ſuſceptæ ſunt: ut colliqueſcit omnibus:
nam reuera iam is noſter rex non abre dici poteſt dominus indiæ: qui
iam & turce: & ſyriæ perfecto leges impoſuit: adeo ut ad urbem cale
chut eis non pateat aditus: nec ambigimus quin intra quattuor annos
rex noſter nauet operam: ut noſtri nautæ tuto: & impune Bizãtiũ Tra-
chum metropolim: & Alexandriam Egipti: emporia orientalium clariſ
ſima contendant: & tandem aliquando ulciſcantur de mauris: ab quibus
crebro peſſime ſunt accepti: claſſis igitur præfectus nauium duo-
decim hoc anno eo profectus eſt: & cõperit regem cuchini extorrem ab
ſuo regno (nam ſeceſſerat ĩ quãdã inſulã: ubi in locum editũ receptus
deliteſcebat ab inſidiis Regis Calechut: cauſam non afferebant aliam:
niſi ꝙ memor date fidei ſeuienti regi calechut nr̃os haud quaq̃ tradere
uoluerat: nam maluit exulem agere: q̃ fidem labefactare præſtitam)
opportune igitur noſtra claſſis ſuppetias tulit ſocio Regi: & expeditis
auxiliaribus copiis iuere intrepidi in Regem perfidum: magnam cladẽ

Mediolanẽſes duo gemmaꝝ mãgones.

Vt oib⁹ cõfœderatis eadẽ ſal⁹ foret

Lex de mercimoniis

Hucuſq3 de pacis conditionibus

Turcæ & ſiriæ domino Lex ĩpõſita

Rex uir conſtantis fidei

Suppetias oportune ferunt regi ſotio

inſerentes hoſti:regem cuchini in regnum continuo reſtituunt. Id re-
gnum eſt non longe ab anguſtiis maris Erithrei:ubi arcem erigunt mu
nitiſſimam aliam ædificant in oſtio ſinus cuchini :ubi tormentorum ſe
re genera omnia iam uiſuntur:eiſq; decernunt hoſtem propulſare emi
nus:& tutam claſſi ſtationem præbere ſuæ :neq; eo illis reluctantibus
deinceps concedet quiſpiam. Itidem fiet in ſinu calechut perinde : ut
ſtationem:& littora proximiora non difficulter tueri q̃ant : Naues uero
quæ ſuperiore anno remanſerant iſtic:prædam fecerant non mediocrẽ:
nam quadam die mane ceperunt maurorum naues quinq; regni cam-
baie:quæ ad mecham (maumethis aram) proficiſcebantur. In eis igitur
nacti ſumus gariophili:cantaros mille defecati.i.mundi:ſine quiſquiliis:
Inq; eis erat plurimũ gariophili haud decorticati ut apud nos uiſitur:
ferebant etiam hæ naues caſtoreum:& id genus odores :ſandalium:am
bram:lacham puriſſimam:& tenuiſſimas tælas lini:aurum uero & argen
tum ſignatum abunde habebãt : adeo ut opes quæ compertæ ſunt ibi
ualorem.cc.mille ducatorum excederent:quare iam uobis teſtatum eẽ
remur:quanti ſit habenda ea regio:quæ fere omnibns rebus ſcatet effu
ſe. Itaq; ex his ratibus quas præfecimus duæ peſſum iere:duæ uero dũ
ſtatiuam agerent:iactis anchoris in quodam portu huius inſulæ:ui tẽ
peſtatis actæ ſupra ſexcentum homines amiſere non longe ab oſtio ma
ris Erithrei:occubuit etiam ibi præfectns uincentius : cimba uero alia
quæ licet atrocem tempeſtatem euaſiſſet paulum profecta ĩ ſcopulum
eliſa peſſundata eſt:adeo ut totum æquor tum corporibus humanis :
tum uel maxime mercimoniis omnifariam ſtratum & opletum foret :
hunc finem quandoq; male parta habent:ut eſt in adagio ueteri : male
partum male fruitur : ex tot Nauibus igitur ſola Celox parua ſuper-
ſtes fuit:ut cladis ſuorum nũcia foret. Noueritis ergo hunc noſtrum re
gem commeatum omnibus dediſſe eundi in indiam : & exercendi inibi
commercia:ſi tamen ex centenario lucro quadragenarium ipſe habeat:
hoc addito:ut ab eo naues emant non minoris:q̃ti ſibi conſtitiſſe uide-
buntur:nec nauium huiuſmodi ſolutionem tãtiſper differri patitur:do
nec redierint:ſed priuſq̃ abeant :aurum in numerato habere operepræ
cium eſt: uiſus eſt is princeps cognouiſſe iacturam quam fecit in tot
naufragiis: propterea cupit alios ſuo periculo eo proficiſci : uix cre-
dimus reperturum regem quempiam:qui oblatas ſuſcipiat conditio-

Defecatum gariophilũ i.ſine q̃ſq̃liis

Quantum opũ ĩde allatum eſt.

Aliæ peſſũ i.re.alie hominũ iactu ram paſſe

Salũ ſtratũ humãis corporibus:

Male ptum male fruitur

Fen⁹ regiũ

Aurum ĩnumerato petit p nauibus

Alienis uult ditari picu-lis

nes:indies tamen huius rei certiores uos reddam. Illud etiam non præteribo huius cõmercii res haud quaq̃ ſtabiles eſſe:quicquid erit:euẽtus declarabit futurus:cum his nauibus portum appulit luſitan⁹ quidam : qui uiſit minam auri in regno Zaphalæ:de qua re mira refert:adſeuerat nobis ibi nauem chriſtianorum adhuc eſſe:& prope incredibilia de auri q̃titate quæ inibi reperitur refert:propterea rex noſter alio non tẽdit:niſi ut frenet hos barbaros:arcemq; ibi erigat munitiſſimam: ac ꝓpulſet indos:& eos qui incolunt regnum cambaie:ne ipſi deinceps mina potiri poſſint:omnem igitur aurifodinam ſibi protinus arrogabit. ꝓcomperto etiam habemus hanc aurifodinam fuiſſe minam ſalomonis : unde tot hauſit theſauros & ibi regina ſabba:quæ iuit ad ſalomonem ut teſtatur ſacra uetus hiſtoria:hæc profecto ſunt magna:ut uos nõ latet: nec ab re hic rex dicendus eſt fœlix:& bene auſpicatus:cui contigit tam locuples theſaurus :rentur igitur homines ſe mox conſecuturos ab eo commeatum eundi in indiam : ſoluto fœnore:uidelicet pro centenario quadragenarium:acceptis ſuis nauibus:ut præfati ſumus:hunc modũ uidetur uelle ſeruare ut mercatores eo mittant ſuos geſtorum negociatores:qui interſint mercimonioniis:non tamen præſint :uult eſſe dominus rerum:adeo ut omnia ſui exerceant ẽt impenſa mercatorum:nã aromata ſuſcipienda erunt de manibus uice regis:nec liberũ erit cuiq; mercari:quare creditur commercium huiuſmodi non ſuſcepturum incrementa maiora:indies tamen de his omnibus uos commonefaciam : nec uos fugit nos alias uobis ſcripſiſſe:cayrum ob hanc cauſam decoxiſſe : nam ex magno orientalium emporio : ſi hæc ſuccedunt regi:fiet ciuitas confuſa:ut non ab re dicatur babilon:neq; iniuria : nam illic mauri conſueuerant chriſtianos peſſime accipere:forte erratorum dabunt pœnas:eo igitur deinceps non comportabunt aromata omne genus:neq; omnifariam gẽmæ:& margaritæ & alia præclara complura : quoniam urbem calechut neq; Zaphalam ultra non frequentabunt:reluctantib⁹ luſitanis ob arces nuperrime erectas:& de omnibus certiores facti gratias agetis deo maximo : de aurifodina uero Zaphale ut præfecimus mira hic feruntur : huius Rex poſſeſſor efficietur intra biennium : res eſt profecto digna miratu : nam tota India : & Perſis inde ſuum aurum hauriebat : quæ nunc ab gentilibus poſſidetur : licet ditionis ſit caldeorum regis: oſtium ſinus ubi commercia & per-

De aurifodina zaphale.

Quid cordi regi hæc ſit

Mina ſalomonis unde tot theſauros cõparauit

Rex bene auſpicatus

Vt interſint ſed nõ præſint mercimoniis

Babilõ ægypti decoxit

Mauri par pari relatũ ſentient

mutationes fiunt cum gentilibus : ſingulis enim annis maurorum naues ueniunt onuſtæ uilioribus mercibus ex cambaia ut aurum aſportent : merces ſunt cotoni panni uiliores : ſericum pluriſariam : ac multiiugi coloris & imprimis Turcarum more contextum : hæc igitur ſunt mercimonia quæ inibi fiunt : neq; illic rex chiloe diutius commorabitur metu gentilium : qui non longe degunt ad leucas.lx. in inſula quæ dicitur chiloa : & eo contendunt naues omnes : ut ſoluant uectigal priuſq̄ eant ad minam Zaphalle : quo cum peruenerint ante ſex uel octo menſes non expediuntur. Inde comportant aurum : ebur : & ceram merces optimas. Illinc ſoluentes chiloam contendunt : & ibi rurſus pendunt præſtinati auri uectigal : inde concedūt Cābaiam ſiue mechā : & in noſtris nauibus ſunt.xii.aut.xy.negociatores regis chiloe qui tributum pendit noſtro regi quotannis.i.mitigallas.M.D.& id eſt genus ponderis : nam mitigal quodlibet ualoris eſt ducatorum.c.l. tamē is rex pendet ab rege noſtro : adeo ut in manu ſua ſit ipſum pro libito profligare : & id quidem parua manu : nam quotiens libuerit eo mille hominū mittere : ꝓtinus is rex terga dabit : crediturq; ut id breui eueniat : nec res foret ardua : ſi profligato rege redditus. Dc.M. ducatorum ſingulo anno conſequeretur : neq; arbitremini uos rogo hanc eſſe fabulam : uera eſt hiſtoria . Iam noſſe debetis me iampridem de nouis rebus crebro uos commoneſeciſſe : & ſemper uera loquutum : non ſum is qui delecter mendaciis : relatu etiam aliorum : qui inde ueniunt teſtatiſſimum uobis ſiet : me haud ficta neq; commenticia ſcripſiſſe : ſi uero apud uos bene ſupputaueritis quod ferre poſſint naues : quas expectamus indies : comperietis certe eas ferre poſſe cantaros circiter.cc.xxii. aromatum omnifariam : nam deinceps iſtuc mittam aromata omnegenus : nauaboq; operam ut nuſq̄ uobis deſint : poſtq̄ fœdus initum eſt cum rege calechut : licet non paruum diſcrimen illo nauigantibus immineat ob quoddam arcipelagus : in quo innatant inſulæ prope.xiiii. mille : & etiam ob anguſtias cuiuſdam freti ubi mare uix eſt nauigiorum patiens : tamen tantum conabimur : ꝙ pericula conſuetudine : & frequentia efficiemus innoxia : ut quādocūq; gloriari poſſimus fere totū orbem peragrauiſſe & ea preſertim : quæ priſci minime adiuere : ſolum ſupereſt ut Taprobanā adeamus inſulā : teſte Plinio : omnium rerum lo

Ex cambaia

Chiloa

Merces optimæ

Præſtinati auri ſoluūt uectigal

Rex uectigalis

Mictigal quid

Vera hiſtoria

Allate merces.

Archipelagus in quo innatant iſulæ.xiiii.mille

Taprobana inſula

cupletiſſimã ſi aurũ:ſi gẽmas ſi ebora ſpectaueris tãtũq̃ noſtra opera: & ſollicitudine fiet:ut omnis india noſtris mercimoniis pateat: illic ut ſcribunt noſtri non magnipenduntur noſtræ merces:monent propte- rea ipſi:ut eo mittamus cruciferos aureos:ſi breuem cupimus expeditio nem noſtrarum rerum:quoniam aliæ merces diutius manent in portu procraſtinantibus ex compoſito indis:ut tandem fatigatis impenſa & diuturniore expectatione noſtris:minore præcio noſtra conſequantur:

Maurorum ingenium

eius ſunt ingenii:ut quandoq̃ ſunt itali:qui ſimulant mercium non ege re:ut demum uiliore precio præſtinẽt:ibi etiam caripendunt æra: alu- mina alba non rubea:& imprimis grandia:minutiora uero ſpernunt:

Mos italorũ uafer

chораliũ autem non flocipendunt:ſi ſit magnum:& fabrefactum:alioqn nullius eſt apud eos præcii.hẽnt ii populi uices contrarias cum alexan

Ii populi ha bent cũ ale- xandrinis ui ces contra- rias

drinis adeo:ut ſi illi minuta quærant:hi proceriora:& uerſa uice: plum bum non uilipenditur ibi:ſi inſtar lateris ſit conflatum.argẽtum uiuũ: & ambra nihilipenditur:ibi æra fabrefacta minore præcio licitant̃: quo niam rurſus ſuo more ea conflant:uoluntq̃ nos in conflando operam

Plũbũ cõfla tum

luſiſſe:non eo utuntur ut nos:hæc igitur ſumma erit alias merces(exce ptis memoratis)ibi nullius eſſe penſi:lucriq̃ perq̃ mediocris.

Aera fabre- facta

Cap.CXXVI.

Exemplum quarundã litteraꝝ Petri paſqualigi orato- ris.d.uenetorũ apud regẽ Portugalliæ ad ſuos germa nos in uliſbona cõmorãtes die.xix.octobris.M.D.I.

PReſtantiſſimi fratres tanq̃ patres honorandi ſalutem. Petro cuidã uerzo tabellario:& nõnullis ualẽtinis ad uos litteras de dimus ſuperioribus diebus: quibus uos certiores reddidimꝰ omnium:quæ hic uſu eueniunt:nunc autem rurſum uiſum eſt uos per Bartholomeum Marchionem auunculum Dominici Benedicti Floren tinũ cõmoneſacere de rebus noſtri:ut intelligatis nobis cordi hæſiſſe ad uos q̃ creberrime litteras dare:modo Tabellarii copia habeatur:ut igi tur noua anni preſentis intelligatis: ſcitote hic eſſe eam triremem:

Triremis

quam ſuperiore anno Rex portugalliæ Sereniſſimus expediuerat uer ſus aquilonem præfecto Gaſpare Corterato: qui nobis refert conti- nentem inueniſſe diſtantem ad.M. duo milia inter chorum & Fa- uonium.hactenus toti pene orbi incompertam terram:cuius latus aiũt ad.M.ꝑpe.Dccc.ꝑcurriſſe:nec tamẽ finis cõptus ẽ q̄ſpiã:ideo credũt

Inter chorũ & fauonium cõtinens

continentem non inſulam eſſe:regio quæ uidetur eſſe coniuncta cuidã plagæ alias a noſtris peragratæ:quaſi ſub ipſo ſeptẽtrione:eo uſq; celox tamẽ non peruenit ob cõgellatum æquor:& ingruentes cœlo niues :ar gumento ſunt tot flumina quæ ab illis montibus deriuantur: q; uideli cet ibi magna uis niuium exiſtat:arguunt propterea inſulam non poſ ſe tot flumina emittere:aiunt præterea terrã eſſe eximie cultam: domos ſubeunt ligneas:quas cooperiunt pellibus ac coriis piſcium : huc addu xerunt uiros ſeptem ſexus utriuſq;. In celoce uero altera:quam preſtola mur in horas:aduehuntur quinquaginta eius regionis incolæ :hi ſi pro ceritatem corporis:ſi colorem:ſi habitudinem: ſi habitũ ſpectes cinga nis nõ ſunt abſimiles:pellib⁹ piſciũ ueſtiũt & lutrarũ:& eorũ ĩprimis q inſtar uulpiũ pilloſas habẽt pelles :eiſq; utuntur hieme pillo ad carnes uerſo ut nos:at æſtate ritu contrario:neq; eas conſuũt:aut cõcinãt quo uiſmodo:uerum uti fert ipſa bellua eo modo utuntur:eis armos & bra chia præcipue tegunt:inguina uero fune ligant multiplici cõfecto ex pi ſcium neruis:uidentur propterea ſilueſtres homines :non ſunt tamẽ in uerecundi:& corpora habẽt habiliſſima ſi brachia:ſi armos:ſi crura re ſpexeris:ad ſimetriam ſunt omnia:faciem ſtigmate compungunt .: inu runtq; notis multiiugis inſtar indorum:ſex uel octo ſtigmatibus prout libuerit:hunc morem ſola uoluptas moderatur: loquuntur quidem ſed haud intelliguntur:licet adhibiti fuerint fere omnium linguarum inter prætes:eorum plaga caret prorſus ferro:gladios tamen habent : ſed ex acuminato lapide:pari modo cuſpidant ſagittas : quæ noſtris ſunt acu minatiores:noſtri inde attulerunt enſis confracti partem inauratã:quæ italiæ ritu fabrefacta uidebatur:quidam puer illic duos orbes argenteos auribus appenſos circumferebat:qui haud dubie celati more noſtro ui ſebantur:celaturam uenetam imprimis præſeferentes:quibus rebus non difficulter adducimur continentem eſſe potius q̃ inſulam : quia ſi eo na ues aliquando applicuiſſent:de ea comperti aliquid habuiſſemus : piſci bus ſcatet Regio ſalmonibus uidelicet:& alecibus: & id genus complu ribus . ſiluas habent omnifariam perinde ut omni lignorum genere abundet regio:propterea naues fabricantur:antenas:& malos: Trãſtra: & reliqua quæ pertinent ad nauigia : ob id hic noſter Rex inſtituit inde multum emolumenti ſummere: tum ob ligna frequentia pluri bus rebus haud inepta:tum uel maxime ob hominum genus labori bus aſſuetum: quibus ad uaria eis uti quibit : quandoquidem ſuapte

Equor cõge latum:& in gruẽtes cæ lo niues

Domos ha bitant ligne as:& ꝓ ibri ce pellib⁹ pi ſciũ utũtur

Lutre.

Inſuetũ ha bitus genus

Corpora ha biliſſima

Corpa ſtig mate cõpun gunt

Ferro carẽt

Orbes argẽ teos ꝓ inau ribus circũ ferebat puer

Ferax plaga

Viri ad labores nati

natura hi uiri nati ſunt ad labores:ſuntq; meliora mancipia q̃ unq̃ uiderim:uiſum eſt propterea nõ fore ab amicicia noſtra deuium: ſi hæc uos non celarem:ubi uero alia celox quæ expectatur indies aduenerit:mox aliarum rerum certiores uos reddam. Naues uero quæ contendunt ad urbem calechut expediuntur:neq; id præteribo regi hæſiſſe cordi: ut tota claſſis quæ proficiſci in orientem conſueuit:ea primo mechæ claſſem corripiat:ut tandem ſoldano ſiriæ præfecto aditus illuc nõ pateat: nec inde deinceps aromata exportet: & huic rei rex unice ſtudet: perſuadetq; ſibi nihil poſſe obſtare: quin potiatur uotis huiuſmodi: aſſentitur tota curia:urbs & regnum omne cum eo conſpirant:quoniam ſi ſibi ſuccedet mirum dictu eſt:q̃ breui omnium locupletiſſim⁹ ſit euaſurus in tanta rerum copia:& ubertate:& imprimis aduentantibus uenetis biremibus ac triremibus ut hinc aſportẽt mercimonia. Igitur ꝓ comperto habet:nõ poſſe niſi maxime lucrari: uenetis huc accedentibus:& id in manu habere ſibi perſuadet:tedet propterea ipſum moræ:quoniã deſiderio uel ipſa celeritas eſt in mora:peroptat igitur & perq̃ ardentiſſime inſiſtit:ut uoto frui queat ſuo:ob quam rem uereor plurimum:ut ab hac ſententia uix poſſit dimoueri:nec facile adducetur:ut in rebus oriẽtalibus nobis adſit:cum ſit huic expeditioni prorſus addictus. Nos uero qui anno elapſo prouinciam ſuſtinuimus a nemine adiuti: neq; ære eccleſiaſtico:ſed ſolum noſtris opibus:uix ni faueat ipſe nobis bene cõſultum ibit. Valete.

Regis decretum

Deſidrio ipſa celeritas ẽ in mora

## Cap.CXXVII.

Exemplum quarundam litterarum Frãciſci de ſagitta cremonẽſis datarũ uliſbonæ.xvi.ſeptẽbris. M.D.II. directarum ad oratorem uenetum Petrum paſqualigũ apud reges caſtigliæ agentem.

PRæſtãtiſſime orator:& domine obſeruãtiſſime. Iã binis meis litteris pollicitus ſum iãpridẽ uræ præſtãtiæ me haud quaq̃ prætermiſſurũ:qn certiores redderemini eaꝝ merciũ: q̃s ferrẽt quattuor celoces:q̃ ĩdies expectanť: nũc uero quoniã portũ applicuerũt:uiſum eſt uos latius de rebus hmõi cõmonefacere: & res ueras ſolum denarrabo. Igitur hæc ſunt mercimonia quæ attulerũt. primo piperis cantaros mille:cinamomi cantaros.cccc.l.zinziberis cantaros circiter.L.Lache cantaros.L.cotonorũ tantũ quãtũ emeremus duc.cccc. alia nõ attulerunt:cur uero non attulerint plura aromata :cauſam addu

Quas merces attulerũt celoces

cunt ꝙ uidelicet cum hinc ſoluiſſent: conuenit inter eos ut duæ celoces ad minam auri proficiſcerentur: duæ uero aliæ ad urbem calechut: propterea unuſquiſq; eorum eas merces cōportauit: quas arbitrabatur inibi (quo contendebat) fore in præcio: cū uero dictæ naues contendiſſent ad urbem calechut: nec quiuiſſent accedere ad minam auri: merces expedire non potuerunt: licet uaria loca adiuerint: nam fuere canore & ibi certiores facti ſūt de reb' Petri aliares: q agebat in urbe cuchina: ubi ēt erat regis negociator. Igitur ab rege canore excepti ſunt honorifice: q nr̄o præfecto aromata omnegenus ultroneus obtulit: huic noſter præfectus benigne reſpondit: uidelicet ſe prius uelle adire regem cuchini: ubi regis negociator erat: demum ſe reuerſurum ad eum: & præſtinaturum aromata perq̄ libenter. Itaq; illinc ſoluens contendit cuchinū: ubi comperit regis negociatorem: cum quo egit plura: cum uero naues ſignatam pecuniam non tuliſſent: ſed ſolum merces: quæ inibi paruipendebantur (nam ea regio appetens eſt ſignatæ pecuniæ admodum: mercium uero fere nihil) decreuit propterea præfectus claſſis redire ad urbem canore: eo ergo conceſſit q̄primum: eius enim rex luſitanos colit q̄ qui maxime: propterea cum eo permutarunt merces: quas aduehebant meliore præcio: datis pro ſuis mercibus aromatibus: dimiſſis illic tribus e noſtris uiris: qui commercia noſtra exercerent: negociatorē nauis: & amanuenſē dimiſerūt: qui omnibus præeſſent mercimoniis: quiq; in dies regi perſoluerent pecuniam pro creditis aromatibus. Itaq; naues illinc ſoluerunt onuſtæ omni aromatum genere: relictis illic uiris: ut dictum eſt tribus: ne uiderentur regi impoſuiſſe: qui ſua eis dederat aromata abſq; uade & pignore: rediere tandem naues ſemionuſtæ: ob id quod nō tulerant ſecum ſignatam pecuniam & merces comportauerant tales: quæ illic minime ſunt in præcio: propterea uiſi ſunt operam luſiſſe ſuo periculo: hæc ergo ſumma eſt indos non cupere noſtras merces ſed ſignatum aurum uel argentum: quibus ipſi utuntur eximie: nam ibi pecunia ubertim expenditur: cuius hoc regnum maxime eget: nequibit propterea Rex abſq; pecunia: quæ fere eſt omnium neruus uoto potiri ſuo: niſi forte ui credat exercere cum Indis commercia: & ſua gratis conſequi: quoniam aiunt his elapſis diebus eos reges metu nominis chriſtiani: abſq; præcio dediſſe tot mercimonia admiranti noſtro: qui iam iſtuc conceſſerat: ut quattuor naues gratis

Mercimoniorum ſucceſſus

Rex canore

Rex cuchini

Regio ſignatæ pecuniæ appetens

Negociatorem & amanuēſem ibi dimittunt.

Luſerunt operam ſuo periculo

Metu plura gratis dedere

onerauerit:& imprimis rex calechut:cui ab ariolis ſuis prædictum fuerat:ut caueret ſequenti anno:quoniam aſtra illi magnam hominum ſtragem minitabantur:& eam accipiendam ab chriſtianis ariolabantur : addebantq; diuini eum eodem anno regnum metu:& pauore deſerturum

*Arioli prædixere regi ſtragem hominum*

hæc noua habemus ab illis tribus uiris : qui in eo congreſſu barbarorum(quo oppetiit araſcorea mortem)euaſerunt:eadem retulit pergomenſis quidam:qui apud urbem calechut annis uigintiquinq; egit : his adſtipulatur ualentinus aliꝰ : qui inibi ſex annis commoratus eſt:hi ſunt ergo : qui de his rebus certiorem ſecerunt regem : quod uero falſa ſint uel ne : ſicuti dederunt : ita accepimus.

*Allata noua*

Rex itaq; calechut magnam claſſem expediuit in noſtros : qui apud canoram agebant.uerum illi fuga ſibi conſuluere:uela uentis protinus dantes :

*Rex cāoræ ī noſtros cōtendit*

propterea Rex noſter proximo menſe ianuarii decreuit nouam expedire claſſem : uidelicet octo uel decem naues onerarias:in cuius rei argumentum iam ſunt fabrefactæ naues ſeptem:duas enim hac æſtate expediuit :quaꝝ una ē capax ſeptingentorum doliorum : altera uero quingentorum : eſt & alia in portu uliſbonæ quæ eſt capax.cccc.& quinquaginta āphoraꝝ duæ aliæ fiunt in inſula Mederæ : quarum altera capit dolia .ccc. & quinquaginta altera uero ducentum & triginta : alia expeditur in ſetunal : quæ ſupra centum & ſexaginta dolia capit : hæ igirur naues ſenarium implent numerum.

*Rurſū rex luſitāiæ nouā claſſem parat*

Inſuper his addit aliam triremem: quæ ex chio ianuenſi inſula & profugio : nuperrime aduenit :

*Chios iāuēſiū ꝓfugiū.*

& has omnes præter duas Rex ſua impenſa expediet : duas uero:quarum altera eſt capax.cccc.& quinqnaginta doliorum altera.ccc. & quinquaginta: negociatores quidam conuenere cum rege : ut ſua impenſa communiāt:his pactis & legibus: ꝙ uidelicet rex negociatores huiuſmodi ueluti ſtipendiatos & ſub eo merentes alat in his omnibus quibus egent nautæ.

*Paciſcitur rex cum negociatoribꝰ*

Negociatores uero tantum ſignatæ pecuniæ in nauibus ſecum aduehant:quæ emundis illic mercimoniis faciat ſatis : & ubi redierint naues dimidium mercium dent regi:reliquum uero ſibi uendicent : & ut dilucidius intelligatis : negociatores pro cantaris duobus aromatum:non plus exponunt q̄ aureos ſeptem:uel ad ſummū octo:& hos cantaros biſariā diuidūt:alterū regi:ſibi alterū:expenſis ut dictū eſt regis:

*Cantaros bifariam diuidunt*

& iā cōpertū habemus conducibilius nobis fore hoc modo cōmercia exercere:q̄ nr̄o piculo illuc contēdere:ut hactenus egimꝰ:fit ppea ut nō difficulter rex

nanciſcatur: q̃ conditionē huiuſmodi non renuunt. nos duarum prædictarum nauium hoc modo portionem habuimus: de futuris uero: q̃ forte eo concedent bene perſpiciat deus ipſe maximus: qui eſt omnium auctor: uideo me prouectum nimis: & quaſi epiſtolarē ſtilum egreſſum. uerum rapuit me caritatis: & amiciciæ Fauonius. nolui. n. aliquid uos latere. ſcio quidem aliis meis uos cōmoneſeciſſe: ſed non ad regulam de his: quæ uſu euenerant: non enim comperta tunc mihi erant cūcta: me igitur cōmendo: oroq́ ut ſi forte fortuna uobis noſtra fuerit opus opera: ea uelitis uti æque ac ueſtra: nō. n. ſum unq̃ defuturus quin uobis morem geram: dum ſpūs hos reget artus. ualete. datū Vliſbone die. xxvi. Septembris. M. D. II.

Amiciciæ fauonius

## Cap. CXXVIIII.

### Quomodo Ioſeph indus uenit uliſbonā & exceptus a rege honorifice: contendit romam: & uenetias: a noſtris ſociatus.

CVm igitˀ alias ſuis celocibus: & liburnicis rex noſter regiones auſtraliſſimas pagrauiſſet: dum ea irent in indiā inhærēdo ſuorū ſentētiæ: qui eaſdem partes retroactis temporibus luſtrauerant: decreuit eo anno: qui eſt in ordine. M. D. Rex Emanuel memoratus rurſum eo mittere claſſem duodecim nauium: cui præfecit Petrum aliares: qui ſuſcepto de manu præfecti ſui tropheo: octauo mēſis martii eius anni: ſoluit uliſbona: qui internauigandum innumeras paſſus ē anxietates: & diſcrimina: tandem annuētibus ſuperis. xiii. ſeptēbris eiuſdē anni deueniunt ad urbem calechut: cum ſeptem tātū celocibus: nā ex claſſe perierant quattuor obrutæ tempeſtatibus ſæuiſſimis: alia uero zaphallam conceſſerat: ſteterunt igitur in portu urbis calechut menſibus fere tribus & demum orta inter noſtros: & urbis incolas controuerſia: occiſiſq́ hincinde hominibˀ nonnullis: noſtræ celoces cuchinum profectæ ſunt. xxiiii. nouembris anni ſupradicti: nam cuchinum diſtat ab urbe calechut. M. fere centum & . x. id regnum mari adiacet: cui dominatur Rex gentilis eius ſecte cuius eſt Rex calechut. Is igitur Rex cuchini nr̄as celoces ꝑbenigne excepit: & dum illic cōmoramur cōmercia exercētes: uti in ſupioribus retulimus libro tertio capite. lxxviii. duo germāi f̄res īdi chriſtiāiq́ uenerūt ex urbe q̃dā dicta caranghanora: q̃ abeſt ab urbe cuchina. M. fere. xx. q aiebāt ſe in uotis gerere plurimum

Rex emanuel

Petrus aliares

Calechut ꝑuenit

Occiſis utriq́ nōnullis: noſtræ celoces cuchinū contēdunt: cuchinū ubi

Duo germani indi

ut occidentalem uiſerent plagam: ſupra uota autem gerere ut Romam: & demum Sanctam ciuitatem hieruſalem inuiſerent: qui noſtras celoces ingreſſi: nobiſcum ultronei ibant: & ecce per id tempus ingens claſſis ſoluit ab urbe calechut: ut noſtram claſſem peſſime acciperet: quod ut nobis compertum fuit: mox uela uentis dedimus altum petentes: eũtibus nobiſcum dictis fratribus: & nonnullis obſidibus: qui loco & compenſatione noſtrorum dati fuerant: eorum inq̃: qui in urbe cuchina negociaturi remanſerant: his igitur conſpectis uerſus uliſbonã iter cepim⁹: ex his uero fratribus indis: quorum iam memini alter uiuit: alter autẽ uita functus eſt: dum in Luſitaniam proficiſceremur: tandem aliquando menſe iunii. M.D.I. uliſbonam deuenimus: quo ubi applicuimus: dictus Ioſeph commeatu ab Rege habito ſocioq̃: Romam: & demum uenetias contendit: & rurſum rediit uliſbonam: & per id tempus cõplura ſcitu non indigna accepimus: referente eodem Ioſeph indo: quorum latius meminiſſe animus eſt in ſequentibus.

Claſſis regis calechut

Ex duobus germani in dis alter uitam exuit

Cap. CXXX.

De patria Ioſeph: & habitudine corporis.

IGitur Ioſeph prædictus natione indus patria caragonorenſis annum agens quadrageſſimum: coloris ſubcineritii: ſtaturæ fuit mediæ: hoc eſt inter proceriores: & breues medius: id aſſeuerant qui ſepenumero hominem contemplati ſunt: uir erat ingenio non mediocri: uerax admodum: utpote qui nihil magis oderat: q̃ mendacia: uirq̃ abſtemius: & integritatis non uulgaris: & reuera quantum colligere ex eius conſuetudine quiuimus: uir erat non pœnitendus: & ĩprimis fidei inconcuſſe illibateq̃: urbs igitur unde oriundus eſt uir memoratus: abeſt ab urbe calechut fere .M. nonaginta: quæ eſt in ſinu quodam dicto Milibar: ĩtrorſus terras ad quintumdecimum lapidem: muro haud ambitur: longitudine uero .M. xxx. quoniam domus ut apud nos haud quaq̃ ſunt contiguæ: ſed inuicem diſtant: adeo ut uideantur uicatim habitare: eamq̃ interfluunt complura flumina: & plerunq̃ eorũ edes adiacent fluminibus: hanc urbem incolit hominum duplex genus: alterum chriſtianorum: gentilium alterum: & ut uobis cunctiſq̃ colliqueſcat: qui ſint gentiles: ſcitote itaq̃ eos eſſe populos: qui olim ꝓ Diis colebant idola: necnon animalia multiiuga: uti in ſequentibus denarrabitur. Rex eorum ſeruit idolis: inibi etiam ſunt complures iudei: uerum uilipenduntur plurimum: eo etiãnum contendunt negociatores fere in

De forma uiri

Vir uerax: & abſtemi⁹ ioſeph idus

Milibar introrſus terras ad qntũ decimũ lapidem

Quaſi uicatim habitãt

Cõplura interfluũt flumina

Duplex hominũ genus

Gẽtiles qui

numeri commercii cauſa:ut ſunt ſyri:Egiptii:Perſæ:arabes:medi:& id genus compluſculi:quoniam illic comportantur fere omnia aromatum genera:fertq; plaga huiuſmodi multa humano generi non ingrata.

Cap.CXXXI.

De incolis urbis carangore deq; eorum delubris:& moribus.

VRbs triſariam diuiditur:primores .i.patricii:ac primæ claſſis uiri:ſua lingua naires dicuntur:ſecundo loco:homines cenſus fere nullius:ut proletarii:ſuccedunt:ut ſunt apud nos gregarii:canes ſuo idiomate appellantur:poſtremo tertiam partem abſoluũt capite cenſi:uiri nullius cẽſus:& claſſis poſtremæ:hi piſcatu uictũ quæritant:ſuntq; deteriores cæteris: Nuiran eorum lingua appellãtur:hos adeo odit nobilitas:ut ſi forte eos obuios habuerit(ni fuga ſibi cõdicto conſulant)peſſime accipiat:priue tribus priua habent delubra:mulieres uero alia templa habent:quæ non adeunt uiri : dant deo bonorum ſuoꝝ(loco primitiarum) fruges multiiugas:adorant Deum celi:eumq; trinum credunt:propterea trifrontem pingunt ĩ ſtatuis:complicatis manibus. Tambram nuncupant:ante eorum ſtatuas trahuntur plagæ(nos cortinas appellamus)ex lino candidiſſimo:hæ reſerantur dum ſacrificant:ſicuti latius in ſequentibus referemus:habent etiãnũ ſtatuas animalium uarias:uerum eas minime colunt:quando delubra adeunt : alii frontem terra cooperiunt:aqua alii aſpergunt:ter in die uiſunt templa: mane:meridie:& ueſperi:ſacrificant hoc modo:conuocant plæbem bucinatores :cornicine:& choraule nõnulli ut nos campano eræ:& tantiſp concentum efficiunt:donec magnus eorum ſacerdos aduentauerit :qui ĩdutus ueſte(neſcio qua)ſacerdotali:aſtat altari:& canere quædam incipit ad cultum diuinum pertinentia:orationes nos appellamus mox ſubſequitur alius ſacerdos cantans :& ipſe nonnulla:his populus reſpõdet omnis:uſq; tertio hæc fiunt:demum peractis his:egredit̃ ſacerdos quadam porta nudus totus:habens pro corona ſertum roſarum in capite: duoq; magna lumina:totidemq; cornua fictitia. In manibus gerit enſes duos denudatos & gradu citato ueluti limphatus quiſpiam uerſus eorum deum currit:cortinamq; mox reſerat:& enſem alterum magno ſacerdoti porrigit: altero uero ſeipſum compluſculis conſauciat uulneribus :& ubi ſe prope confecit plagis innumeris:illic proſilit in rogum ardentiſſimum: ibi ex compoſito paratum : inq; eo ſaltat more tripudiantium:& chorizantium:euadit tandem rogum : toruiſſimiſq; oculis

Syri.ægiptii.pſæ arabes.medi.

Triſariam urbs diuiditur

Canes.

Nuiran

Priua priuis ſũt delubra

Offerunt deo frugum primitias

Deũ trifrontem pigũt: tambrã appellant

Varii mores hominũ

Pro ære cãpão choraulis & bucinatoribus utuntur

Mos ſacrificãdi

Sacerdotis habitus

Cõſauciat⁹ uulneribus cõpluſculis in rogũ ꝓſilit

dicit ſe eſſe locutum cum deo ſuo : taliaqꝫ mandauiſſe : & tunc quaſi a deo accepta perſona: incipit docere populum : ſunt & alia complura ſacrificia: quorum non meminit ioſeph: tum quia uix eum intelligere quimus: tum uel maxime quia is Ioſeph cum gentilibus uix diuerſatus fuerat : utpote qui eius ſectæ minime erat : ſatis itaqꝫ ac ſuper de delubris: ac ſacrificiis horum dictum arbitror.

Cap.CXXXII.

De regum moribus: & indigenarum: & ꝙ ibi ſunt quidã chriſtiãi.

Nundinato pudore in ꝓmiſcuũ coeunt.
Functi uita concremãt
Filii regũ regno haud ſuccedunt.
Habitus gẽtilium
In pedibus cõdalia ferunt
Bis & iterũ lauãt in die
In uniuerſũ ſũt formoſi
Stilo ferreo ĩ libris arborũ exarant
Ab ido flumine auſpicatur india
In orno ĩſula tãtũ chriſtus colitur: & ĩ carãganora urbe indiæ

REx gentilium colit idola: & complures habet coniuges : quis nullus eſt pudor nullaue pudicicia: paſſim proſtituunt corpora: ubi functi ſunt uita concremantur : at eorum mulieres per octiduum tãtum ſuperuiuunt: demum ut ĩ memoriam uirorum: & ipſe concrementur uiue: ſunt ſue ſpontis: hæc referebat Ioſeph coram uidiſſe. filii regum regni haud quaq̃ ſunt hæredes: uerum qui ſecundo gradu ſuccedunt in ſtemmate: argumentum ſumunt ex incontinentia coniugum: ꝙ uidelicet filii ſunt nothi: propterea regno priuantur : cum humant corpora uariis utuntur cerimoniis: gentiles hoc modo induuntur Rex apicem aureum atalici panni gerit in capite: at urbis primores biretum ex ſerico contextum: cæteri aperto capite prodeunt : nudi incedunt: pudorem contegunt ſindone mundiſſima : brachia condecorant armilis præcioſiſſimis: omne genus gemmarum faberrime excultis : in pedibus condalia ferunt magni precii : uidelicet annulos omnifariã inſignitos lapidibus præcioſis: qui inibi magnipendũtur : bis & iterum lauantur in die: locaqꝫ ad id deputata habent cõplura. uiri: & fœminæ in uniuerſum ſunt formoſi: pulchritudine eximia honeſtantur : comunt capita miruminmodum: uti decet muliebrem mundum: caput exornant gemmis: & margaritis : gentiles non aliter ſcribunt : q̃ ſtilo ferreo in libris arborum: linguam habent indam: & de his hactenus : uerum quia in ſuperioribus commeminimus chriſtiani nominis: diximuſqꝫ complures fore in urbe caranganoræ chriſtianos : non ab re erit ſi eorũ mentionem in hoc capite fecerimus: nouerint igitur omnes: ab indo flumine: ubi auſpicatur india occidentem uerſus: inſulã ornus quæ eſt non longe ab ſinu perſico chriſto tantum parere: alibi non ſunt chriſtiani : præterq̃ in caranganora urbe: in india uero ſunt multiplices reges: qui chriſtum norunt : qui uero incolunt caranganoram urbem chriſtiani compluſculi ſunt: penduntqꝫ uectigal Regi gentilium: nã conducunt

ære annuo eorum ædes: præterq̃ ꝙ tributa ſoluũt ut latius dictum eſt.

Cap. CXXXIII.

De domibus eorum: & ꝙ eoꝝ pontifices moderantur eccleſiis.

Corum ædes parietibus fulciunt: habentq; uarias contignationes: at gentiles ſuas domos tegunt aſſamentis: & lignis id genus: chriſtiani uero ibi delubra habent noſtris non abſimilia: uerum ſolas cruces inibi uidebis: nullas habẽt ſanctorum imagines: cõcamerata ſunt: ut noſtra: inq; eorum crepidine crux uiſitur pergrandis: ut eſt uidere apud nos: tintinabula habent nulla: quando uocant populum ad diuina ſeruant morem grecorum: hi populi habent magnum antiſtitem: cui adſtant cardinales duodecim: patriarche duo: archiepiſcopi uero: & epicoſpi complures: referebat propterea dictus ioſeph cũ quodam epiſcopo ſoluiſſe ab urbe caranganora: & conſenſis ratib⁹ iuiſſe ad inſulam ornum: quæ abeſt ab caranganora. M. fere mille: & quingentis: & inde petiit mediterranea itinere trium menſium: una cum epiſcopo memorato peruenit in armeniam maiorem: ut conſalutarent reuerentiſſime ſuum magnum pontificem: a quo epiſcopus dictus initiatus ſacris: ioſephq; memoratus ad ſacerdotii gradũ promotus. itidem agunt chriſtiani omnes indi: & regni cataii: eorum pontifex catholica dicitur: fertq; tonſuram iſtar crucis: præficit patriarchas ſuos ut dictũ eſt alterum in india: in cataio alterum: alios uero epiſcopos alio mittit: prout expedire uiſum fuerit: aut ad ſuas prouincias moderandas tranſmittuntur: huius catholicæ commeminit marcus paulus in tractatu armeniæ: & ibi dicit duo eſſe genera chriſtianorum iacopitarum uidelicet: & neſtorianorum: quorum papa dicitur iacolita: qui eſt hic catholica: de quo eſt ſermo: cuiuſue meminit ioſeph ſepe dictus: & cum dictus papa uarios homines promoueat ad gradus huiuſmodi: efficiatq; multiplices antiſtites: poſſet non ab re quiſpiam ambigere: unde ei hæc ſit auctoritas auctorandi homines cum Sancta Romana eccleſia: que ẽ unica: & unicam habet fidem: unumq; Romanum pontificem recipit: ſciãt igitur tempore quo Alexander. vi. ſceptra moderabatur eccleſiæ uniuerſalis: dictum ioſeph romam contendiſſe: hunc Alexander maximus pontifex percunctatus eſt: a quo catholica præfatus habuiſſet facultatem antiſtandi in oriente: huic reſpondit ioſeph his fere uerbis: olim Diuum Petrum apoſtolum anthiochiæ præfectum fuiſſe: & cum Sancta Romana eccleſia ſciſmate laboraret atroci: duce Symone ma-

Variæ contignationes.
De eoꝝ delubris
Cũ populũ ad diuina uocãt: morẽ ſeruant grecorum
Papã habẽt cũ duodecĩ purpuratis patribus
In armenia maiore eoꝝ magn⁹ põtifex reſidet
Catholica dicit̃ eorum papa
Marc⁹ paul⁹ ĩ tractatu armeniæ
Occurrit tacite obiectioni
Ioſeph alexandrũ .vi. pontificẽ romanũ alloqtur
Petr⁹ ſãct⁹ anthiochie olim ꝑfect⁹

Petrus Ro. contendens uicariū præficit anthiochie

Vna ē chriſti ſponſa

Vnus deus una fides una ro.eccleſia

Ordines eccleſie

Infantes ante.xl.dies nō baptizantur

Cōfitent̄ ut nos:& ſacrā ſumūt euchariſtiam

In azimis conſecrant

Humāt corpora ut nos ſed alio modo parētant

Viris uita functis: abeunt mulieres in ædes parentum

Quatuor euāgeliſtas recipiunt

go:qui ſui nominis monumenta reliquit:Petrus ſanctus accerſitus eſt romam:ut ſymonem cōfūderet:& laborantibus chriſtianis nō deeſſet: hic itaqꝫ Petrus non prius ſoluit anthiochia conceſſurus romam : q̄ uicarium anthiochiæ præfecerit:& is eſt qui orientalem plagam moderatur:& dicitur catholica:geritqꝫ Petri uices:hunc uero catholicā præficiūt cardinales.xii.in armēia:& id iactant auctoritate romani pōtificis facere :quod eſſe falſum nemo eſt qui neſciat : quandoquidem una eſt ſponſa chriſti:quæ unam figurat eccleſiam romanam:extra quam ſalus eſt nulla:quæ uero dicuntur de aliis comenta ſunt omnia:& fidei nulliꝰ: hæc dixerim ne quis putet a ſoliditate petræ chriſti eſſe recedendum : unus deus igitur:una fides:una eſt ſancta romana eccleſia.

## Cap.CXXXIIII.

### De modo conſecrandi eorum eccleſias:& de moribus quos ſeruant dum humant corpora.

ITaqꝫ hi habent ſacerdotes leuitas: & ipodiaconos:ſacerdotes uero non deferunt tonſuram:ſed nonnihil capillorum in ſumma parte capitis habent : infantes non baptizantur ante quadrageſſimum diem ſui hortus:niſi morte ingruente:confitentur ut nos: euchariſtiam ſacram ſummunt:extremam autem unctionem non hēnt: ſed loco eius corpora benedicunt:cum ingrediuntur eorum delubra latice benedicto corpora aſpergunt:ut nos:conſecrant corpus chriſti:& ſanguinem:ſi tamen id conſequi poſſunt.In azimis :hoc eſt:in pane nō fermentato:more noſtro:& ubi non habent uinum(quoniam ea regio uitium eſt impatiens)uuas paſſas immergunt aqua : & demum ſucum exprimūt:eoqꝫ uice uini utunt̄:nā eo ex cataio comportantur uuæ paſſæ complures.humant humana corpora more noſtro : cunqꝫ quiſpiam uitam exhalauerit:mox conueniunt multi : & diebus octo continuis ſimul commeſantur:peractis uero epulis:fundunt pro defuncto præces: teſtantur:ſupræmaqꝫ colitur uoluntas : & ubi inteſtati deceſſerint qui arctiore gradu defuncto eſt proximior : is eſt hæres: eorum coniuges uiris uita functis:cum dotalitio abeunt in paternas ædes . Ita tamen ut intra annum luctus non nubant:quattuor euangeliſtas habent:totidēqꝫ euangelia colunt:obſeruant quadrageſſimam:et aduentum ieiuniis: & orationibus perq̄ diligentiſſime:inter cætera:a die paraſceue uſqꝫ in diē Paſce omni cibo abſtinent:nocte ſancti ueneris orationibus & concionibus ſacris iugiter inſiſtunt:intra annum hoc ſanctorum celebritates

mire obſeruant primo diem ſanctæ reſurrectionis cum duobus ſequentibus diebus: octauum diem paſcæ ſupra omnem feſtiuitatem colunt: quippe qui affirmant ea die diuū thomā (cuius ſunt ipſi perq̄ ſtudioſi) i latus noſtri ſeruatoris manū poſuiſſe: cognouiſſeq; non fore fantaſma: deinde diem qua chriſtus cœlos conſcendit eximie colunt: poſthæc trinitatis aſſumptionis Beate Virginis: natiuitatis eiuſdem: & purificationis: natiuitatis noſtri ſeruatoris: epiphaniæ & omniū apoſtolorū dieſq; dominicos obſeruant: at primam diem Iulii mirūinmodum cuſtodiūt in memoriam diui thomæ chriſtiāi pariter ac gentiles: cenobia habent ubi continentiſſime uiuunt monachi nigri: habent & ſāctimoniales cō plures: ſacerdotes uiuunt caſtiſſime. & ſi qui comperti fuerint incōtinētiæ: hi mox priuantur miſſarū celebratione: qui chriſto parēt diuortiis minime utuntur: bonū uel malum ſit matrimoniū: pennat ad ultimum uſq; fati diem: ter in anno populus ſuſcipit euchariſtiam ſanctiſſimam: doctores habent egregios eoſq; eruditiſſimos: litterarum ſtudia ibi uigent plurimum: prophetas ut nos legunt: addebat etiā dictus ioſeph inibi eſſe complures ſanctos doctores: qui uetus & nouum teſtamētum explicarunt cordatiſſime: habitu utuntur maurico ideſt lineis tunicis: diuiſerunt annum ut nos i menſes duodecim: & habent intercalarem diē: uerum diem partiti ſunt in horas ſexaginta eaſq; ad aſpectum ſolis iter diu cognoſcunt: noctu uero intuitu ſtellarum.

Has ſanctorū celebritates ritu chriſtiano uenerantur

Diui thomæ ſunt ad modum ſtudioſi

Sacerdotes cōpti incōtinētiæ exauctorantur:

Litteræ ibi uigent

Diē partiti ſūt i horas lx. & ad ſolis aſpectū ſtellarumq; eas cognoſcunt

## Cap. CXXXV.

Quando hiems eſt in urbe caranganore & de nauibus eo℞.

QVi caranganoram incolunt: hi ſunt inter tropicum eſtiuum & æquatorem: & ut referebat dictus ioſeph diem maiorē habēt hora℞ tredecī cum dimidia: minorē uero. x. ita ut itelligas de nr̄is horis nō autē de ſuis: q̄ ſunt multo minores: ut dictū ē: cū uero ſol ē i tauro umbrā hēnt ꝑpēdicularē: quādo ē i cācro ꝓiicit umbrā ad auſtrū: & ubi ē i uirgīe rurſū hēnt ꝑpēdicularē: quādo autē ē i capricorno ad ſeptētrionē umbra ꝓiicit: tēporis mutationē apud eos uidebis a medio mēſe maii uſq; ad mediū auguſti: tūc tēperāt℞a nauigatoib⁹ & nullo pacto: ob ſeuiētē ꝑ id tēpus fortunā Maria ſulcāt: ſunt ētnū i illis indiæ ꝑtibus īnumera nauigia quæ i occidētē cōtēdūt: alia uero i arabiā in ꝑſidem alia: nōnulla mare erithreum arant: alia uaſtiſſimam luſtrant indiam: ad orientem imprimis uſq; ad cherſoneſum aureā: & deinceps ad extrema indiæ prætereuntes cataiū: & tabrobanam inſulā fayllamq;

Inter equatorē & tropicū eſtiuū

Solē concomitat᷑ umbra. ita tamē ut ab aduerſa parte ſit niſi cū hēnt ꝑpendicularem

Quādo nō ſulcāt æquora

Vela.xii.
Pro uelis tegetes.
Clauis ferreis naues fabricantur
Thuræ ferruminãt naues
Quo modo ĩpellunt eorum naues ĩ pellagus

&c complures alias:Naues itaq; huiuſmodi quibus ſulcant ſunt pergrã des adeo ut circa duodecim uela hẽat:remiges innumeros :nõnulle uero minus:aliæ autem ꝓ uelis tegetes.i.ſtorias habent:& huiuſmodi ab inſulis ꝓficiſcuntur:aliæ uero ex cotonina omnegenus uela conficiunt: Naues fabricantur clauis ferreis:& propterea id dixerim: quoniã falſo arbitrati ſunt quidam clauis ligneis eorum naues conſolidari:hæc.n.nõ indiligenter ſciſcitatus ſum a Ioſeph prædicto:oſtendi illi aliquãdo formam cõficiẽdi noſtra nauigia ratus longe aliũ eſſe eorũ morem:at ille ſubridens ait itidem indos quoad fabricandas naues ſeruare:eas ẽt ferruminãt thure admixtis nonnullis aliis.cum autẽ in mare fabrefcãs naues proiiciunt:elephantos hinc & hinc ponunt:qui nõ ſine hominum ſtrage molem trahunt in mare:ceperunt ob tot hoium cladem ab hoc more temperare:& dimiſſis beluis(quibus utebantur ad nauandam hanc operã)numeroſiorem hoium cetũ addunt donec moles ĩ pellagus trahat.

## Cap.CXXXVI.

### De moneta illorum:& de rebus quæ ibi naſcuntur.

Triplex monete genus
Plaga carãganore longe aprica ac ferax
Nõ niſi annoſi pereunt
Eqs tãtum ad gerulam opam utunt
Loricant ſe piſcium pellibus
Vice numinis colunt animalia

TRiplex eſt genus monetæ illinc:ſaraphum appellant ſuũ aureum numum ualoris:& ponderis noſtri ducati:aliam uero appellant parantem argenteã:& ea eſt ualoris ſolidorum ſex:e nrĩs habẽt:& aliam ualoris ſolidi unius:& hæ omnes habent imaginem ſubſcriptiõemq; ſui regis:ibi aurum neq; alia metalla inueniuntur:illuc cõportantur aliunde:uidelicet ab mõtibus quibuſdã:qui abſunt .M.fere.ccc: plaga caranganore eſt ſoli patentis eiuſdemq; aprici:& feracis:longe abſunt montes:cœli eſt perq̃ clementis:uiri ſunt ſubcineritii:qui uero mõtes incolunt hi ſunt albicantis coloris:& non niſi annoſi pereunt : referebat ioſeph inibi uiros centenarios eſſe: qui adhuc dentium ordinem illeſum hẽbant.Regio eſt admodum ferax:licet triticum nõ gignat neq; equos:eo triticum comportat ab quibuſdã inſulis eiuſdem naturæ cuiꝰ eſt regio calechut:& combaite:& id efficit arenoſa plaga:equos mittunt ormus:& montes quidam : eis minime utuntur niſi ad gerulam operam:cum ultro citroq; comportantur merces:ad bella non utuntur:pedites præliantur arcubus & ſagittis necnon macheris : & clipeis obrotundis:haſtis nonnullis utunt in prælio.digladiatores ſunt eximii:alii ſe loricãt piſcium pellibus:quæ ſunt ad quoſcũq; ictꝰ ꝓpe ĩpenetrabiles alii loricas:& thoraces ferro fabricãt:animalia omniſariam hẽnt:ut ſunt boues arietes Bubali pecora :& id genus cõpluſcula:& ea uice numinis

gentiles colunt. Regio ēt fert elephantos uberrime: minutiora ēt hēnt animalia: ut ſunt gallinæ: anſeres: ſues non habent: percunctati ſumus etiam præcium reꝝ: & oſtenſis gallinis ipſi ioſeph indo: dixit apud ſuos ſe centum gallinas aureo uno conſequi quire.

## Cap. CXXXVII

### De Oriza: Palmis: & nucibus indiæ.

HAec plaga fert orizam eximie: & ſachaꝝ tritū utrunq; emittit ac oleo conditum: oriza panem conficiunt non inſuauem: habent herbaꝝ genera uiginti: quæ hominem alunt plurimum radicibus imprimis oblectantur: roſmarinū non hēnt neq; buſſum: poma: uites: nec perſica: hæc oīa oſtendimus illi: quæ dixit haud fore in regione ſua: Ficus hēnt complures adeo ut uix ſit credibile quātū ſcateat regio fructibus huiuſmodi: habēt & aliā arborem quæ fert indas nuces: & hæ arbores ut referebat ioſeph quadrigeminos gignunt fructus uidelicet oleū: uinū: acetū: & ſacharū: q uero his fidem non adhibent legant ſtrabonē in. xvi. ſue geographiæ: & adſtipulabunt̃ ioſeph indo uera narranti. ſic. n. ſtrabonis caput incipit: cætera uero ex palma prebet: ex ea enim panis: mel: & acetum: & oleum fit: & teſtilia uaria: Nucleis pro carbonibus fabri ferrarii utuntur: qui in aqua macerati bobus: & ouibus in pabulum dantur.

Habent herbarum genera uiginti q mire hominē alunt. Arbores q ferunt quadrigeminos fructus Strabo his adſtipulat̃ capite. xvi.

## Cap. CXXXVIII.

### Quomodo ex palma fit uinum: oleum: acetum: & ſacharum.

EX palma igit̃ hoc mōquattuor fiunt fructus in mēſe Auguſti (id eſt eis primū uer) palmā putāt ut nos uites: & quoniā tūc arbores potiſſimū luxuriāt: gemunt inciſe: lachrimaſq; iſtar cōſauciatæ uitis emittūt: has uaſis excipiūt tribus ſolū diebus ab arbore ſauciata: ea ꝑ uino utunt̃ albicāte aqua: elapſo triduo ex latice fit acetū ſuapte natura: q uero ſachaꝝ efficere uoluerit. Is aquā hmōi ſumat emanātē ītra triduū: & ahenis īpoſitā tantiſꝑ coquat donec uix tertia ꝑs ſupſit: tunc ſic decocta mel efficit̃ ſuauiſſimum: ubi uero mel eſt effectū id rurſum aqs īmergunt. & cōpurgāt ſubide uſq; ad uigeſſimum diem. & cum diligenter defecauerit eo utunt̃ ꝑ uino & qdem ut aiunt ſuauiſſime: e nucleis uero fructus palmæ exprimunt oleum: hēs igit̃ ex una arbore fructus cōplures ex lignis ēt ſemicōbuſtis: carbones fiunt: ex libro arboris ſunes: hæc itaq; ſumma ſit nullā eſſe aliā arborem: quæ magis humanis uſibus cōducat. Ibi etiam ubertim piper naſcitur qđ torrēt ad

De uino palmis expſſo

Ex melle uinum

Ex una arbore cōplures fructus

Nulla conducibilior humano generi arbor:

Pip torrent ad ſolem ne ſatum alibi germinet

calorem ſolis ne forte ſatum alibi germinet ĩ damnum eorum. Arbores ibi non ſunt magnæ proceritatis: nuſq̃ tamen ſunt frequentiores præſertim ĩ india: ibi etiãnũ copia eſt ingens zinziberis: mirobalani: caſſiæ: & aromatum fere omnegenus: hæc omnia præſtinãt mauri negociatores & ea Babiloniam (cayrum nunc appellant) urbem niloticam: comportant inde Alexandriam: Damaſcum: & demum ad Perſas: conuehũt hæc etiam uerſus montes: & ad cataium: quæ regiones plurimum a nobis abſunt: prout latius referemus in ſequentibus: uerum poſtq̃ ſatis: ac ſuper de urbe caraganora dictum eſt: equum cenſeo ut rurſum ad urbem calechut redeamus.

## Cap. CXXXIX.

### De urbe calechut deq; eius rege & moribus necnon mercibus.

De ſitu urbis calechut

Vt parcat iuſto uolumini de his parcius loq tur

Ibi fer̃ ex oĩ orbe conuene:

Guzerati mercatores

Cataii populi cur urbẽ calechut nõ adeunt

VRbs itaq; calechut occidentem reſpicit: abeſtq; ab urbe carãganora. M. prope. xc. mari adiacet: & portũ hẽt nõ incelebrẽ: maior eſt caranganora: eius dominus eſt idolorum cultor: & eius ſectæ cuius eſt dominus carãganore: in nullo prope differunt: ſi cultũ deorũ: ſi mores: ſi ſuperſtitiones ſpectaueris: uti latius cõmeminimus in ſuperioribus: ppea ut parcamus iuſto uolumini: parcius impreſentia de hac re loquemur. Iillud tñ nõ p̄teribo illic fore prope innumeros negociatores: Perſas: uidelicet: mauros: Indos: Medos: aſyrios: Syros: arabas: Egiptios: & fere ex omni orbe conuenas: alii alias ducunt merces adeo ut ibi fere nihil: quod ad humanũ cultũ ſpectet deſideres: ſunt inter cæteros illic nõnulli qui Guzerati appellantur q multiiuga tractãt mercimonia: eo itaq; quaſi tota india merces comportat uberrimas: frequentior ẽt inibi negociatorũ nũerus erat: cũ ĩcolæ cataii illo proficiſcebantur: hi igit̃ cataii populi colunt chriſtũ & coloris ſunt albicantis: ut nos: uiri ſunt pq̃ ſtrenui: qui olim in urbe calechut eximie negociabant̃: uer̃ cũ rex calechut male eos accepiſſet: ſoluere illinc: & paulopoſt reuertẽtes ſtragẽ nõ mediocrẽ ĩcolis urbis calechut ĩtulerũt: & deinceps nõ ſunt regreſſi: poſthæc adiuere urbẽ mailapetã: q̃ urbs paret regi narſindo. Regio reſpicit oriẽtẽ: & diſtat ab indo flumine. M. xc. ibi nũc: ſua exercẽt mercimõia: populi dicunt̃ malaſines: multiiuga ferũt mercimonia: uidelicet ſerica oẽgen⁹: æra: plũba: ſtagna: ac caſtoreũ: & id genus ĩnumeros odores: hæc ſunt q̃ ipſi eo cõportãt: q̃ uero exportãt illinc: hæc ſunt uidelicet Coralli omniũ gener̃ & aromata: aiũt eorum regionem abeſſe ab urbe calechut. M. ſex mille: in capite ferunt ornamenta

Vrbs maila peta quãtũ abeſt ab indo flu.

Malaſines po.

quædam ingentiſſimi precii:locupletes ſunt in uniuerſum: redeamꝰ ergo ad urbem calechut:cuius Rex dicitur Bauſer : qui magnam regiam habet inſtar Theatri:cuiuſue latera ſtipant ſeptem milia hominum: qui pro ſalute principis uigilant:hi noctu urbem Luſtrant:quoniam uaſta eſt:& patens abſq; meniis:per uices propterea uigiliæ diſponuntur: ne quid inopinatum accidat.dum dant membra quieti:hanc curã uiri.ccc. habent.In theatro uiſuntur aulæ ſiue cenacula magna quattuor:quæ ſingula ſingulis patent nationibus.alia indis:mauris alia:alia iudeis : chriſtianis alia patent unaqq; natio nouit ſuum auditoriũ:in alieno non admittitur:priui priua loca audientiæ habent:& ibi expediuntur : uerum eo prius non accedunt q̃ loti fuerint:alioquin ad regem minime admitterentur:illoti uidelicet utpote immundi:ac fœdi : gentiles hunc morẽ ſeruant:in mari nunq̃ comedunt:quoniam ſi id agerent nuſq̃ regem uiderent deinceps:neq; omittemus quin:& rurſum de hac re mentionem faciamus:licet in ſuperioribus commeminerimus:nam retulimus paulo ſupra mulier̃ indas hunc morem habere:q; uidelicet nihil ducunt honorificentius:q̃ cum uiris ſimul occumbere:comburi propterea cum coniugibus iam fato functis ſumme appetunt : nec id mirum:putant enim non poſſe aliter ſibi parere immortalitatem:huius rei commeminit ſtrabo.xv.ſuæ geographiæ eius caput ſic auſpicatur.Refert enim Nicholaus Damaſcenus ſe anthiochiæ &c.quæ ſequuntur : ſicuti igitur præfeci in urbe calechut magna fiunt commercia:& ſtatis anni temporibus fiunt nundinæ non incelebres:eoq; undequaq; cateruatim populi confluunt:ex cataio imprimis:demum indi omnegenus: Perſe:Medi:Syri: Turce:Aſirii:Arabes:Aegiptii:& hi præſertim qui Babillonem.i. cayrum incolunt.urbem ægiptiam:quæ nilo adiacet amni famigerato:multarumq; gentium:ac regionum termino :percunctati ſumus etiam Ioſeph prædictum indum an illi noſtræ huius regionis cognitionem habeant quampiam:referebat romanam urbem & Venetias:necnon Galliam:quæ Francia dicitur:eſſe apud eos nonnihil in præcio : & imprimis aurum uenetorum ſignatum :argentumq; illic eſſe eximio in præcio.Is ergo Ioſeph adiuit Illuſtriſſimos Dominos uenetos : & eis oſtendit nonnullos antiquiſſimos aureos in quibus erat expreſſa ueneti ducis perq̃ uetus imago.

Cap.CXL.

De regnis cambaie ormus:& Guzerat.

Locupletes in uniuerſũ

Rex calechut dicitur bauſer. pro cuius ſalute vii.milia hominum uigilant

Priue nationes priua habent auditoria

Prius regẽ non adeũt q̃ loti fuerint

In mari nũq̃ comedunt

Nihil honorificẽtiꝰ ducũt ĩde mulieres q̃ cũ coniugibus cõburi uiue

Huiꝰ rei cõmẽinit ſtrabo

Statis ãni tẽporibꝰ fiũt nũdine non incelebres

Romã galliam & uenetias norunt

Aurei ueneti in præcio

Regnū cā-
baie abeſt a
calechut
M.fere mil-
le

Equi eximii

Caput mo-
goliſtanum
Sobobec ſe
math:cheſi
mii urbes
Vrbs cāba-
ie
De guzerat
plura
Capitale eſt
bouē occi-
diſſe feminā
Morticina
nō comedūt
In uniuerſū
ſūt cōtinētiſ
ſimi

POſtq̄ ſatis:ac ſuper de urbe calechut dictum remur:de rebus occiduis fiet ſermo:& imprimis de regno cambaie quod abeſt ab urbe calechut.M.prope.M.& inde ad īſulā orm⁹.M.ccc. & ea eſt in principio ſinus perſici introrſus terras.M.xx. & id loci dicit̃ caput mogoliſtane ubi auſpicatur ſinus:hæc inſula circuitu patet.M. fere.c.& quinquaginta:eius dominus ſeruit maumethi:urbs eſt uaſta ad modum & habitatore frequentiſſima : ac prope omnium rerum ferax: mercimonia emittit quaſi innumera.Ibi & uitrea fiunt uaſa elegantiſſime:legunt illic unionum copiam maximam:equos fert eximios quos ī indiam uenales mittunt:eis etiam merces comportant ſuas:hinc igit̃.i. ab hoc capite mogoliſtanū:quod eſt in umbilico inſulæ ormus uſq; ad urbem cambaiam intercedunt innumeræ maurorum urbes:inter quas hæ minime ſūt obſcuræ uidelicet Sobobec:Semath:& cheſimii.Introrſus uero eſt urbs Guzerat:ſecus autem littus urbs Cambaiæ uiſit̃ q̄ : ut ꝑſecim⁹ poteſt abeſſe ab capite mogoliſteno .M.q̄ſi.occ.hæc urbs cābaie plurimū ſinuat̃:& ubi eſt ſita urbs dr̃ ſinus Guzerat: uerū olī dicebat̃ Bedroſia:& quoniam meminimus huius loci Guzerat nōnulla de eo referemus:eius itaq; plaga habet urbes complures:uicos:& oppida:frequētiſſimis eſt habitatoribus:eiſdemq; negotiatoribus.Idola colunt necnō ſolem:& lunam:boueſq; feminas adeo:ut apud eos capitale ſit bouem feminam occidiſſe:morticina non comedunt:uinum non bibunt albū:uiri ſunt albicantis coloris:ſuperantq; albedine incolas calechut :faſcinatores ſunt eximii:comunt capillum:& barbam :& cincinos ut mulieres circunferunt torqueq; ex capillo facto caput mire exornant : mulieres uni uiro ſolum nubunt : & rurſus uiri unam ducunt coniugem poſt quam uitam celibem agunt:in uniuerſum ſunt continentiſſimi : nec in uenerem facile ruunt ut reliqui ſalaces :legumine uiuunt : & oleribus quæ parens mittit terra:ut auctor eſt Pitagoras : abunde dictum arbitror de urbe Guzerat : ſupereſt ut nonnihil de urbe cambaiæ diſſeramus.

Cap.CXLI.

De ſitu urbis Cambaiæ:deq; eius rege & nonnullis aliis locis ac de aromatibus.

Cayrū īdie

VRbs Cābaie ſita ē ī ſinu Guzerat:ea ē maxīe culta eximiaq; uaſtitate & uiroꝝ frequētia ac fere oīum ē īdiæ urbiū excelētior: cayꝝ ꝑpea īdiæ appellat̃:muro ambit̃:& pulcherrimas habet

ædes: olim eius dominus erat gentilis: & idolis ſeruiebat: nunc ſectæ eſt maumethane: id effecit numeroſior cetus maumethanorum: qui urbem incolunt eamq; moderandam ſuſcepere: quæ ſcatet gentilibus: ibi lacha naſcitur uberius: q̄ alibi gentium: negociatores ſunt non incelebres. Naues habent innumeras quibus ſulcant maria: & imprimis Ethiopicum Erithreum perſicum necnon indicum : abeſt hæc urbs ab capite quod dicitur Diongul. M. ccc. in eius ſinu ſunt compluſculæ urbes: quas perc enſere longum foret. Inq; eo inſula quæ maya dicitur & poſt id caput Diongul orientem uerſus aliud caput occurrit quod appellant ely : ad M. fere. c. l. & inde ad urbem calechut. M. Dc.

Lacha

Caput diongul

Inſula maya

Caput ely

## Cap. CXLII.

### De rege narſindo: & quadã eccleſia ſancti Thomæ.

HVcuſq; littoralia omnia percurrimus uidelicet ab urbe caranganone uſq; ad iſulã ormus: ſupeſt ut de regno cuchin præſertim de mediterraneis nihil non exaremus: eſt igitur introrſus ad. M. fere. ccc. non longe a montibus rex quidam impotens narſindus: is cum ſit ualde potens urbem habet triplici circundatam muro : ea dicitur Beſenegal: is rex ut retulit ioſeph indus: cum ad bella ꝓficiſcit̃ ſecũ ducit Elephantos. Dccc. equites. IIII. mille. pedites uero innumeros: adeoq; magnum innumerumq; cum exit ad bella ſecũ trahit exercitum: ut ſpacio triginta. M. ad quãcũq; orbis partem minime contineri poſſit: ideſt quadrata acie tantũdẽ terrarũ uerſus orientem & occidentem: & rurſum itidem uerſus aquilonem: & meridiẽ exercitus occupat. Res prope incredibilis licet uera: addebatq; dictus ioſeph regnum huiuſce regis patere circuitu trium miliũ miliarium. Is rex colit idola: ue℞ reuertamur ad littoralia: & primo loco auſpicabimur ab urbe cuchina quæ reſpicit orientem: & prætenta eſt indiæ: dum igit̃ ſoluis ab urbe cuchina tendiſq; ad ortum ſolis : ad . M. fere centum caput comperies quod appellant cumar: & inde uſq; ad indum fluuium ubi auſpicatur india intercedũt. M. D. Inq; eo itinere ſinus uiſit̃ non incelebris : cui nomen eſt orize: & ibi famigerata urbs de nomine ſinus oriza dicta eam præterfluit indus: & in eodem ſinu eſt urbs alia quæ inſtar promontorii in mare prominet : ea dicitur milapar in qua diui Thomæ apoſtoli delubrum celebre colitur eximie: idq; templum refert eccleſiam Sanctorum Ioannis : & Pauli Venetiarum. In eo igitur delubro corpus

Regnũ cuchini ubi:

Vrbs beſenegal triplici circundata muro

Rex ĩpotẽs ĩnumerum poſt ſe trahit exercitũ

Regnũ patet circuitu triũ milium miliarium

Vrbs prætenta indiæ:

Ab ido flu. india auſpicatur

Vrbs mila par ubi corpus diui thome.
Celebres inſulæ
Samotra inſula ideſt Taprobana:abeſt ab urbe calechut itinere triũ menſiũ
Vltra eã cataium iſula

Diui Thome quieſcit:quod claret innumeris miraculis:colitur propterea eximie ab omnibus licet infidelibus : præterea in hoc mari indico complures inſulæ uiſuntur:& inter alias duæ ſunt:quæ cæteras omni rerum celebritate præſtant:altera ſayla dicitur:quæ abeſt ab dicto capite comar.M.prope.cc.ea eſt quæ mittit equas:poſt hanc ad orientem altera uiſitur quæ dicitur ſamotra nos Taprobanam appellamus:q̃ abeſt ab urbe calechut itinere trium menſium:ultra eam eſt cataium feraciſſima:ut dictum eſt inſula cum aliis compluribus:quarum haud quaq̃ meminiſſe eſt animus:quandoquidem ab dicto Ioſeph indo plura non accepimus:neq; nos eas remotiores orbis partes adiuimus : potuiſſemus quidem longiore ſubſelio gemmarum:ac lapidum margaritarumq; naturam indagare:necnon de aromatum generibus diſerere complura:cũ hæc imprimis ferat india:uerum cum minime pertineant ad id quod retulit Ioſeph prædictus:ex compoſito temperabimus:tum ut præter uerum nihil relatum putetis:tum uel maxime ut tandem aliquando ceptũ opus ad umbilicum deueniat.

FINIS.

Operi ſuprema manus impoſita eſt kalendis quintilibus. Ludouico galliaꝝ rege huius urbis iclite ſceptra regẽte. Iulio ſecũdo põtifice maxima orthodoxã fidẽ feliciter moderãte:anno nr̃æ ſalutis .M.D.VIII.

30432

450

hasoo